פַּחְדָּה *f. Idem ac ſupra: Inde cum affix.* פַּחְדָּתִי timor, metus mei, *ſeu* à me (apud te), Jerem. 2. v. 19.

פחה *m.* Dux, princeps, præſes, præfectus, Nehem. 5. v. 14. *Conſtr.* פַּחַת יְהוּדָה principem Jehuda, Aggæ. 1. v. 1. *Eſt & ea forma abſolutum*, פַּחַת אַחַד ducis unius, 2. Reg. 18. v. 24. *Cum affix.* לְפֶחָתֶךָ duci tuo, Malach. 1. v. 8., פֶּחָם dux eorum, Nehem. 5. v. 14., *contractè pro* פֶּחָתָם; *Plur. ex terminatione fœm.* פַּחוֹת duces, principes, 1. Reg. 20. v. 24. *Alia forma* פַּחֲווֹת, Eſdr. 8. verſ. 36. *Cum affix.* פַּחוֹתֶיהָ duces ejus, Jerem. 51. verſ. 57. *Vide ſupra in* נפח *pag.* 774., *& in* פוח *pag.* 1060.

פֶּחָה *m. Chald.* Eſdr. 5. verſ. 14., *& conſtr.* פַּחַת, Eſdr. 5. v. 3., 6. v. 7., princeps; *Plur. in ſtatu emphat.* פַּחֲוָתָא duces, Dan. 3. vv. 2. 3. 27., 6. v. 8.

פחז Levis, inſtabilis fuit: *Item* feſtinavit, præceps fuit; *ſunt enim* leves, *qui ſubitò, & temerè animum mutant, quique affectu ſuo inconſideratè feruntur: Chaldæis in Aphel eſt*, tumuit; *Arab. autem*, ſuperbivit: *Partic. plur.* פּוֹחֲזִים. *&* פֹּחֲזִים leves, temerarii, *& juxta Vulgat.* veſani, Sophon. 3. v. 4., וּפֹחֲזִים & inſtabiles, vani, perditi, errabundi, *ſive, juxta Vulgat.*, & vagi, Jud. 9. verſ. 4.

פַּחַז *m.* Rapidus, præceps, *ſive, juxta quoſdam*, levis, inſtabilis, protervus: פַּחַז כַּמַּיִם, Geneſ. 49. v. 4., rapidus, præceps, *ſive, ut alii habent*, levis, inſtabilis, ut aqua; *Vulg. vertit*, effuſus es ſicut aqua.

פַּחֲזוּת *fœm.* Levitas, inſtabilitas, rapiditas, *juxta multos*: *Cum affix.* בְּשִׁקְרֵיהֶם וּבְפַחֲזוּתָם, Jerem. 23. v. 32., mendaciis ſuis, & rapiditate, *ſive* levitate, temeritate ſua; *LXX. ſunt interpretati*, ἐν τοῖς ψεύδεσιν αὐτῶν, καὶ ἐν

Yyy τοῖς

τοῖς πλάνοις αὐτῶν mendaciis ſuis, ſermonibusque fraudulentis, *ſive* captioſis, *in errorem nempe impellentibus*; *Vulg. habet*, in mendacio ſuo, & in miraculis ſuis.

פחח Illaqueatus eſt, irretitus eſt laqueis; *& juxta alios* expandit, diduxit. *Radix tamen hæc Hebræis inuſitata; & quæ inde a quibuſdam derivantur, videl.* הֻפַּח, *&* פַּח, *vide ſupra in* פוח *pag.* 1060., 1061.

פחם *m.* Carbo, pruna, *extincta ſcilicet; unde differt à* גַּחַל, *quod* carbonem, *ſive* prunam ardentem *ſignificat, quemadmodum etiam Elias animadvertit: Occurrit autem* Prov. 26. v. 21., Iſa. 54. v. 16. *Aliud* פֶּחָם *vide in* פֶּחָה.

פחר *Syris eſt*, formavit, finxit, plaſmavit: *Inde, ut notat Joa. Simon, eſt*, פֶּחָר *Chald.* figulus: מִנְּהֵון חֲסַף דִּי־פֶחָר, Dan. 2. v. 41., partim ex luto figuli; *Vulgat. reddit*, partem teſtæ figuli.

פחת *Syris eſt*, fodit, effodit; *Arab. vero eſt*, incidit, perforatus eſt. *Inde, ut ſcribit laudatus Simon, eſt nom. Hebr., quod ſequitur*,

פַּחַת *m.* Foramen, fovea, foſſa, 2. Sam. 18. v. 17., Iſa. 24. vv. 17. 18., Jerem. 48. vv. 28. 43. 44., Thren. 3. verſ. 47., *ubi à Vulg. redditur* laqueus: פַּחַת *vide ſupra in* פֶּחָה; לְפַחַת *vide ſupra in* נָפַח *pag.* 774. *Sed* פְּחֶתֶת *f. vide paulo poſt; Plur.* בְּאַחַת הַפְּחָתִים, 2. Sam. 17. v. 9., in una foſſarum, *ſive* fovearum; *Vulg. reddit*, in foveis.

פַּחַת־מוֹאָב Phahat Moab, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 6.

* פַּחֲוָתָא *Vide ſupra in* פֶּחָה *Chald.*

פְּחֶתֶת *f.* Corroſio *in cute*, plaga corrodens, *quæ videl. introrſum radices agit, & graſſatur in imum, ita ut* foveam putidam *in carne, cui inſederit, efficiat, quemadmodum a nonnullis eſt animadverſum*: פְּחֶתֶת הִוא בְּקָרַחְתּוֹ, Levit. 13. verſ. 55., corroſio ipſa in depilatione ſua, *ſive, juxta alios*, in loco calvo, in calvitio, in decalvatione ſua; *Vulg. habet*, eo quod (*lepra*) infuſa ſit in ſuperficie.

פטר *Inuſit. Inde* פִּטְדָה *f.* topazius, *vel, juxta quoſdam*, ſmaragdus, *lapis ſcilicet, ſeu gemma viridis coloris; nam tam* topazius, *quam* ſmaragdus virent. *Occurrit hæc dictio* Exod. 28. v. 17., 30. v. 19., Ezech. 28. v. 13. *Conſtruct.* פִּטְדַת־כּוּשׁ topazius Æthiopiæ, Job. 28. v. 19.

פוטיאל

פּוּטִיאֵל Phuthiel, *nom. propr. viri*, Exod. 6. v. 25.

פּוֹטִיפַר Pótiphár, *& juxta Vulg.* Putiphar, *nom. propr. Eunuchi*, Geneſ. 37. v. 36.

פּוֹטִי־פֶרַע Pótipherah, *& juxta Vulg.* Putiphare, *nom. propr. Sacerdotis*, Gen. 41. v. 45., 46. v. 20.

פָּטַר Aperuit, dimiſit, laxavit, exemit; *& intranſitive* diſceſſit, abſceſſit, prodiit, exiit, eripuit ſe, *q. d.* viam ſibi aperuit: *Præter.* לֹא־פָטַר non dimiſerat, 2. Paralip. 23. v. 8. *Partic.* פּוֹטֵר מַיִם qui laxat, qui dimittit aquas, *demptis ſcil. obicibus, eas ſinit effluere*, Prov. 17. v. 14. *Partic. Pahul plur.* בַּלְּשָׁכֹת פְּטִירִים, 1. Paralip. 9. v. 33., *ubi Maſſora notat legendum* פְּטוּרִים, in cubiculis, *ſive* in cellis dimiſſi, ſoluti, immunes, *& juxta alios*, expediti, diſpoſiti; *Vulg. vertit*, qui in exedris morabantur; *vide aliud inter nomina*: *Futur.* וַיִּפְטַר & diſceſſit, *ſive* exiit, eripuit ſe, declinavit, 1. Sam. 19. v. 10. *Hiph. Futur. plural.* יַפְטִירוּ בְשָׂפָה, Pſalm. 22. v. 8., laxum faciunt labio, *id eſt*, diducunt, diſtorquent labia, *more ſcil. irridentium*; *LXX., & Vulg. verterunt*, locuti ſunt labiis, *blaſphemias ſcil.*

פֶּטֶר *m.* Apertio, laxatio: פֶּטֶר כָּל־רֶחֶם apertionem omnis vulvæ, Exod. 13. verſ. 2., *i. e.*, quicquid vulvam primo aperit, *ſeu*, è vulva primo emittitur, *h. e.* primogenitum: *Femin.* פִּטְרָה *Idem*: *Conſtr.* תַּחַת פִּטְרַת כֹּל רֶחֶם pro apertione-prima omnis vulvæ, Numer. 8. v. 16., *i. e.*, primogenito.

פְּטוּר *m.* Apertio, apertura, *juxta multos*: *Inde plur. conſtr.* וּפְטוּרֵי צִצִּים, 1. Reg. 6. vv. 18. 29., 32., 35., *quo in loco ſcribitur* וּפְטֻרֵי, & apertiones, *ſive* aperturæ florum, *i. e.* cælaturæ florum patulæ, *ut notat Buxtorfius*; *Joa. Simon exponit* flores primum ſe aperientes; *Vulg. reddit*, cælaturas eminentes, *ita* v. 18., picturas varias, quaſi prominentes, *ita* v. 29., anaglypha valde prominentia, *ita* v. 32., cælaturas valde eminentes, *ita* v. 35.

פְּטִיר *m. Inde plur.* פְּטִירִים *vide ſupra in rad.* פָּטַר.

פָּטַשׁ *Radix Hebræis inuſit. Sed quibuſdam videtur, idem eſſe ac* פשט, *tranſpoſitis literis*, extendit, dilatavit; *Inde*

פַּטִּישׁ *m.* Malleus, *quo ferrum* dilatatur, *&* diducitur, Iſa.

41. v. 7., Jerem. 50. v. 23., *& cum præfix.* וּכְפַטִּישׁ & ſicut, *ſive* & quaſi malleus, Jerem. 23. verſ. 29. *Vide aliud, quod ſequitur.*

פַּטִּישׁ *m. Chald. varie accipitur: Aben Eſra, & quidam alii, quos ſequitur Buxtorſius, vertunt* ſubligaculum, femorale; *At multis aliis videtur eſſe idem ſono, & re, quod Græcis πίτασος, latine* petaſus, *id eſt* galerus, *ſive* pilei latioris *genus, quod non multum differt à* tiara, *quam antiqui dignitatis cauſa gerebant. Hinc LXX., Vulg., aliiſque* פַּטִּישׁ *eſt* tiara: *Occurrit autem ſemel in plur. cum affix.* פַּטִּישֵׁיהוֹן, Dan. 3. v. 21., ſubligaculis ſuis, *vel, juxta alios*, petaſis ſuis; *Vulg. habet*, tiaris ſuis. *Maſſorethæ admonent*, Jud *poſt* ט *redundare; ac propterea legendum* פַּטְּשֵׁיהוֹן.

פִּיד *m.* Oppreſſio, caſus, *vel* eventus malus, infortunium, ruina, exitium, interitus, Prover. 24. verſ. 22. *Cum præfix.* בְּפִיד in calamitate, *ſive* in ruina, Job. 31. verſ. 29., לְפִיד בּוּז, Job. 12. v. 5., ad calamitatem ignominia, *juxta quoſdam; Sed Vulg., aliiſque* ל *in* לַפִּיד *eſt radicalis, atque vertunt*, lampas contempta, *ſive* contemnenda: *Cum affix.* בְּפִידוֹ in oppreſſione, *ſive* in caſu, ruina ejus, Job. 30. v. 24.

פִּיחַ *Vide ſupra poſt* פוח *pag. 1060.*

פִּימָה *f. Dictio hæc in varium ſenſum a diverſis accipitur. Buxtorſio, & quibuſdam aliis eſt* plicatura, ſtrigæ, *cutis propter pinguedinem conduplicatio; Bochartus, Jo. Simon, & pleriſque alii derivant illam à radice Arab.* פאם, *quod ſignificat*, adipe adimpletus fuit; *unde eiſdem videtur*, פִּימָה, *eſſe poſitum, Syrorum more, pro* פְּאִימָה adeps *ſcilicet, ſive* pinguedo: *Quidam derivant à plurali* פִּים ora, *litera ſervili in radicalem verſa, ut interdum fit, quaſi* orificationem *dicas, per metaphoram. Hinc* וַיַּעַשׂ פִּימָה עֲלֵי־כָסֶל, Job. 15. verſ. 27., & fecit, *ſive* contraxit ſtrigas, *vel* ora *quædam, i. e.* rugas, *ſive* adipem, pinguedinem ad, *vel* ſuper, *vel* circa ilia: *LXX. ſunt interpretati καὶ ἐποίησε περιςώμιον ἐπὶ τῶν μηρίον*, & fecit capitium, *ſive* tegumentum ſuper inguina; *Vulg. ſenſum expreſſit; habet enim:* & de lateribus ejus arvina dependet.

פכה Manavit, diffluxit, effluxit, ſtillavit: *In Kal non occurrit. Pih. Partic. plur.* מַיִם מְפַכִּים, Ezech. 47. v. 2., aquæ manabant, *ſive* aquæ fluentes, ſtillantes, *&* *juxta Vulg.* redundantes. *Vide in* הַפַּךְ *pag.* .

פַּךְ *maſc.* Lenticula, lecythus, *vas ſcil.* ſtillatorium, *ſive in quod colligitur oleum* defluens, *&* diſtillans, *& ex quo guttatim effunditur: Occurrit* 1. Sam. 10. v. 1., 2. Reg. 9. vv. 1. 3. *Sed* הַפַּךְ, הַפֶּךְ, *&c.*, *item* כְּמַהְפֵּכַת *vide ſupra pag.* 237., 238.

* **הַפְּכֶם** *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* הַפַּךְ *pag.* 238.

פִּיכֹל Phicol, *nom. propr. viri*, Gen. 21. v. 22.

* **הַפְּכָם** *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* הַפַּךְ *pag.* 237.

פַּכְפַּךְ; *Inde cum præfix.* הַפַּכְפַּךְ *vide ſupra in* הַפַּךְ *pag.* 238.

פֹּכֶרֶת Pochéreth, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 57.

פלא *In Kal Inuſit. Inde Niph.* נִפְלָא occultatus, occultus fuit: *Item* mirum, admirabile fuit, *vel* factum eſt, *excedens ſcil. alicujus, vel cujuſvis hominis captum, ſpem, æſtimationem, vel facultatem; hinc* in admirationem raptus fuit. *Atque notandum, eſſe quædam ex hujus verbi forma,* pro ſegregare, *quæ pertinent ad* פָּלָה; *nam hæ duæ radices formas inter ſe permutant. Conſtruitur cum præpoſitione* מִן. *Præter. Fœm.* נִפְלָאת, *ex uſu Chald.* נִפְלְאָת, mirabile fuit, Pſal. 118. v. 23., *& cum* ה *paragog.* intenſivo, *ſive cum duplici ſigno fœminino*, נִפְלְאַתָה אַהֲבָתְךָ לִי מֵאַהֲבַת נָשִׁים, 2. Sam. 1. verſ. 26., admirabilis, *ſive* valde mirabilis fuit amor tuus mihi præ amore mulierum; נִפְלֵיתִי, Pſal. 139. v. 14., *ubi, juxta multos, in* נִפְלֵיתִי Jod *eſt loco* א, *ſed alii referendum putant ad* פלה; *hinc varie redditur; Buxtorfius, Pagninus, & quidam alii habent,* in admirationem rapior, *ſive* mirabilis ſum; *Alii vero vertunt,* ſeparatus, diſtinctus, *è numero nempe mortuorum in Adamo; Vulg. ad Deum refert, vertitque,* magnificatus es, *in mei ſcil. opificio, & ſtructura; Plur.* נִפְלְאוּ מִמֶּנִּי occulta, *ſive, juxta Vulg.*, difficilia ſunt mihi, Prov. 30. v. 18. *Partic. fœm.* לֹא־נִפְלֵאת הִוא מִמְּךָ, Deut. 30. v. 11., non eſt occultum ipſum a te, *& juxta Vulgat.* non ſupra te eſt; *Plural. maſc.* נִפְלָאִים מַעֲשֶׂיךָ mirabilia opera tua, Pſalm. 139. v. 14., *Plur. fœm.* נִפְלָאֹת, Exod. 34. v. 10., *&* נִפְלָאוֹת,

Joſ. 3. v. 5., *& in regim.* נִפְלְאוֹת, Job. 37. verſ. 14., mirabilia; *Cum præfix.* וּבְנִפְלָאוֹת מִמֶּנִּי & in mirabilibus ſuper me, Pſal. 131. v. 1. *Cum affix.* בְּכֹל נִפְלְאֹתַי in cunctis mirabilibus meis, Exod. 3. v. 20., נִפְלְאוֹתֶיךָ mirabilia tua, Pſal. 9. v. 2., בְּנִפְלְאוֹתֶיךָ in mirabilibus tuis, Pſalm. 119. v. 27., נִפְלְאוֹתָיו mirabilia ejus, Pſalm. 96. v. 3., בְּנִפְלְאוֹתָיו in mirabilibus ejus, Pſalm. 78. v. 32. *Futur.* יִפָּלֵא מִמְּךָ, Deut. 17. v. 8., (ſi) occultum, *vel* abſconditum a te, *ſive* tibi fuerit; *Vulgat. reddit*, (ſi) difficile, & ambiguum apud te; *Cum præfix. interrogat.* הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָֹה דָּבָר, Geneſ. 18. v. 14., an mirum, mirabile, *ſive* difficile erit Deo verbum, *id eſt quidquid dici, vel fieri poteſt? Pih.* פִּלֵּא *vide infra in* פָּלָה. *Hiph.* הִפְלִיא mirifice, mirabiliter, mirifica egit, mirificum reddidit, *vel* effecit; *alium ſenſum vide infra in* פָּלָה: *Præter.* הִפְלִיא חַסְדּוֹ mirificam, *ſive* mirabilem reddidit benignitatem ſuam, Pſalm. 31. v. 22., *item* mirabiliter egit, 2. Paral. 26. v. 15., *& petita forma à* פָּלָה, הִפְלִא עֵצָה, Iſa. 28. v. 29., mirificus eſt, *ſive* mirifice agit conſilio, *ita juxta multos; ſed Vulgat., & alii reddunt*, ut mirabile faceret conſilium; וְהִפְלָא יְהוָֹה אֶת־מַכֹּתְךָ, Deut. 28. v. 59., & mirificas, *ſive* & mirabiles efficiet Dominus plagas tuas; *Vulg. habet*, augebit Dominus plagas tuas: *Partic.* וּמַפְלִא לַעֲשׂוֹת & mirificum ſe reddens ad agendum, *id eſt* qui mirifice agit, *& juxta Vulgat.* qui facit mirabilia, Jud. 13. verſ. 19., *ſed* מִפְלָאָה *vide inter nomina*: *Infinit.* הַפְלֵא mirifice agere, mirificum facere, Iſa. 29. v. 14., וְהַפְלֵא ut in admirationem rapiat, *ſive, juxta Vulgat.*, & inclita, 2. Paralip. 2. verſ. 9., לְהַפְלִיא ut admirationem faciam, *ſive* mirifica agam, Iſa. 29. v. 14., ad mirifice agendum, *ſive* ad miraculum uſque, Joel. 2. v. 26. *Hithp. Futur.* תִּתְפַּלָּא בִי, Job. 10. v. 16., mirificum, mirabilem te exhibes contra me; *Aben Eſra reddit*, vides mirabilia tua in me; *Vulg. optime vertit*, mirabiliter me crucias.

פֶּלֶא *m.* Mirabilis, admirabilis, mirificus, mirus; *& adverbialiter*, mirifice, admirabiliter, mirum in modum; *& ſubſtantivè*, ſignum, miraculum, prodigium: פֶּלֶא יוֹעֵץ admirabilis, conſiliarius, Iſa. 9. verſ. 5., הַפְלֵא וָפֶלֶא, Iſa.

29.

29. v. 14., mirabiliter agendo, & miraculis; *Vulg. habet*, miraculo grandi, & ſtupendo; *Cum affix.* פִּלְאֶךָ, Pſal. 89. verſ. 6., *& in pauſa* פִּלְאֶךָ, Pſalm. 77. v. 12., mirabile tuum, *videl. opus*; *Plur. m.* פְּלָאִים, Thren. 1. v. 9., *&* *Fœm.* פְּלָאוֹת, Pſalm. 119. v. 129., mirabilia.

פַּלּוּא Pallû, *nom. propr. filii Ruben*, Geneſ. 46. v. 9., 1. Paral. 5. v. 3.

פַּלֻּאִי Pallui, *& juxta Vulgat.* Phalluitæ, *nom. commune virorum ex* Pallû *oriundorum*, Num. 26. v. 5.

פֶּלְאִי *m.* Mirificum, mirabile, Jud. 13. v. 18., *ubi Maſſorethæ monent*, *legendum* פלי, *abſque* א.

פְּלִיאָה *fœm.* Mirabilis, Pſalm. 139. verſ. 6. *Plural. vide ſupra in* פֶּלֶא.

פְּלָאיָה Pelaia, *nom. propr. viri*, Nehem. 8. v. 7.

מִפְלָאָה *f.* Mirabile, *ſive* actio mirabilis, *juxta quoſdam*: *Inde plur.* מִפְלָאוֹת mirabilia, actiones mirabiles.

פלג Diviſit, *in Kal inuſit. Inde Niph. præter. fœmin.* נִפְלְגָה הָאָרֶץ diviſa eſt terra, Gen. 10. v. 25., 1. Paral. 1. verſ. 19. *Pih.* פִּלֵּג diviſit: *Præter.* מִי־פִלַּג לַשֶּׁטֶף תְּעָלָה, Job. 38. v. 25., quis dividit, *vel* diſtribuit inundationi aquæductum? *q. d. quis aquis e cœlo deſcendentibus loca velut* foſſas *præparat illis excipiendis*? *Vulg. habet*, quis dedit vehementiſſimo imbri curſum? *Imper.* פַּלַּג לְשׁוֹנָם divide linguam eorum, Pſalm. 55. v. 10. *Vide inter nomina* מִפְלַגּוֹת.

פְּלַג *Chald.* diviſit: *Inde Partic. Pehil. fœm.* מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵה regnum diviſum erit, Dan. 2. v. 41.

פְּלַג *m. Chald.* particula, dimidium, *q. d.* diviſio *rei* in duo: וּפְלַג עִדָּן & dimidium temporis, Dan. 7. v. 25.

פֶּלֶג *m.* Rivus, *quaſi* diviſum *quid à ſuo fonte*, *vel*, *juxta alios*, *q. d.* diviſio terræ, *eo quod* terram, *per quam fluit*, dividit: פֶּלֶג אֱלֹהִים, Pſal. 65. v. 10., rivus, *& juxta Vulgat.* flumen Dei, *i. e.*, *ut quibuſdam videtur*, *flumen præſtantiſſimum*, *& maximum*, *ut* montes Dei, Pſalm. 36. v. 7., *Alii per* rivum Dei *arbitrantur deſignatum* Jordanem fluvium, Deo *dicatum*; *Plur.* פְּלָגִים rivi, Iſa. 30. v. 25. *Conſtr.* פַּלְגֵי rivi, Job. 29. v. 6., כְּפַלְגֵי־מַיִם ſicut rivi aquarum, Iſa. 32. v. 2. *Cum affix.* נָהָר פְּלָגָיו, Pſal. 46.

 v. 5.,

v. 5., fluminis rivi ejus (exhilarabunt) ; *Vulgat. vertit*, fluminis impetus (lætificat).

פֶּלֶג Pélegh, *& juxta Vulg.* Phaleg, *nom. propr. filii Heber*, Geneſ. 10. v. 25.

פְּלַגָּה *f.* Rivus; *item* diviſio, *ſive*, *juxta multos*, pars, *quæ videl. eſt effectus* diviſionis; *in ſingul. non occurrit*; פְּלִיגָה *vide ſupra in* פְּלַג: *Plur. cum præfix.* אַל־יֵרֶא בִּפְלַגּוֹת non videat rivos, *ſive* rivulos, Job. 20. v. 17., בִּפְלַגּוֹת רְאוּבֵן, Jud. 5. verſ. 15., in diviſionibus, *ſive* partibus Ruben; לִפְלַגּוֹת רְאוּבֵן, Jud. 5. v. 16., ad partes, *ſive* ad diviſiones Ruben; *Vulgat. utrobique in ſingulari, & adjective vertit*, diviſo contra ſe Ruben.

פְּלֻגָּה *f.* Claſſis, diviſio; *in ſingulari non occurrit*; *Cum affix.* לִפְלֻגּוֹת *vide infra in* פְּלֻגָּה *Chald.*, *Plur. conſtruct.* פְּלֻגַּתְהוֹן בֵּית הָאָבוֹת, 2. Paral. 35. v. 5., in claſſes, *ſive* ſecundum diviſiones domus patrum, *i. e.* familiarum; *Vulg. vertit*, per familias.

פְּלֻגָּה *f. Chald.* Claſſis, diviſio; *Inde plur. cum affix.* בִּפְלֻגָּתְהוֹן in partitiones, *ſive* claſſes ſuas, *& juxta Vulg.*, *alioſque* in ordinibus ſuis, Eſdr. 6. v. 18.

מִפְלַגָּה *f. Idem ac ſupra ſignificat*: *Plural. cum præfix.* לְמִפְלַגּוֹת per claſſes, *ſive* diviſiones, diſtinctiones, 2. Paralip. 35. verſ. 12.

פִּלֶגֶשׁ *fæm.* Pellex, concubina, mulier, *quæ uxor quidem erat, ſed non legitima, nec hera, ſed ſerva*: *Unde & liberi earum non fiebant hæredes paternorum bonorum, ſed dono, ſive muneribus emittebantur, ut conſtat ex* Geneſ. 21. v. 14., *&* 25. v. 6. *Sed non ſemper notat alteram uxorem; ita Abraham ſola Ketura uſus eſt. In jure Hebr. veterum, Sanhedrin cap.* 2. *fol.* 21., *legitur*: quæ ſunt נָשִׁים uxores, & quæ ſunt פִּילַגְשִׁים uxores concubinæ? R. Jehuda dixit: נָשִׁים ſunt, quæ ſcripto, ſeu inſtrumento dotali, & ſolemnibus ſponſalibus ducuntur: פִּילַגְשִׁים quæ neutro: *Vide Kimchium in* 2. Sam. 5. verſ. 14. *Quidam vocem hanc volunt compoſitam ex* פָּלַג diviſit, *&* אִשָּׁה uxor, *quaſi* uxor diviſa, *vel* dimidia. *Sæpius ſcribitur* פִּילֶגֶשׁ, *ut* Gen. 35. v. 22., 36. v. 12., Jud. 19. v. 1., 1. Paral. 1. v. 32., 2. v. 48. *Cum affix.* פִּילַגְשִׁי concubina, *ſive* uxor mea, Jud.

Jud. 20. vv. 4. 5., בְּפִילַגְשִׁי (& accepi) concubinam meam, Jud 20. v. 6., פִּילַגְשׁוֹ, Geneſ. 22. v. 24., Jud. 19. verſ. 2., & פִּילַגְשֵׁהוּ, Jud. 19. v. 24., concubina, *ſeu* uxor ejus, illius; בְּפִילַגְשׁוֹ concubinam ejus, Jud. 19. vv. 25. 29. *Plur.* פִּלַגְשִׁים, 2. Sam. 5. v. 13., & פִּילַגְשִׁים, Cant. 6. v. 8., & הַפִּילַגְשִׁים, Geneſ. 25. v. 6., *Conſtr.* פִּלַגְשֵׁי, 2. Sam. 16. vv. 21. 22., concubinæ; *Cum affix.* וְנֶפֶשׁ פִּלַגְשֶׁיךָ & animam concubinarum tuarum, 2. Sam. 19. verſ. 6., וּפִילַגְשָׁיו & concubinis ſuis, 2. Paral. 11. v. 21., עַל פִּלַגְשֵׁיהֶם, Ezech. 23. v. 20., & cum concubinis eorum; *Quidam exponunt*, (& adamavit) ſervos eorum *ita*, *ut facta ſit illis veluti* eorum pellex; *hoc enim loco non de mulieribus, ſed de viris per contemptum ſit ſermo*; *Vulgat. vertit*, (& inſanivit libidine) ſuper concubitum eorum.

פְּלָדָה *m.* Lampas, fax, tæda, *juxta R. Davidem Kimchi, Buxtorfium, Pagninum, & quoſdam alios, qui arbitrantur, dictionem hanc ab Hebr.* לַפִּיד *per metatheſin, & syncopen deducendam*: *Sed Joa. Simoni eſt* falx, *à radice Arab.* ſecuit; *LXX., & Vulg. eſt* habena: *Semel tantum occurrit in plur. fœm., ita*: בְּאֵשׁ־פְּלָדוֹת הָרֶכֶב, Nahum. 2. v. 4., in igne tædæ, *ſive, juxta alios*, falces currus; *ſive* in igne lampadarum, *vel* tædarum *erit* currus; *vel* igne quaſi lampadarum *coruſcant* currus *eorum*, *ſcintillantibus ſcilicet rotis, &* ignem *excutientibus è petris, ſuper quas tranſeunt*; *LXX. habent*, *ἐν πυρὶ αἱ ἡνίαι τῶν ἁρμάτων αὐτῶν* in igne habenæ curruum eorum; *Vulg. reddit*, igneæ habenæ currus.

פִּלְדָּשׁ Pildáſc, *& juxta Vulg.* Pheldas, *nom. propr. viri*, Geneſ. 22. v. 22.

פָּלָה Separavit, diſtinxit, *in Kal inuſit. Formam ſuam ſæpe cum* פָּלָא *permutat. Niph.* נִפְלָה, ſegregatus, ſeparatus, *tamquam* excellens, eximius diſtinctus fuit *ab aliis*: *Præter.* נִפְלֵיתִי *vide ſupra in* נפלא; *Plur.* וְנִפְלִינוּ, Exod. 33. v. 16., & ſeparabimur, & diſtinguemur; *Vulgat. vertit*, ut glorificemur. *Pih.* פִּלָּה ſeparavit, diſtinxit, diſcrevit: פִּלֵּתִי *vide infra poſt* פָּלַשׁ: *Inſin. cum præfix., petita forma à* פלא, לְפַלֵּא־נֶדֶר, Levit. 22. v. 21., Num. 15. vv. 3. 8.,

8., propter diſtinctum, ſegregatum, *ſive* nuncupatum votum; *Vulg. reddit*, vota ſolvens, ſolventes. *Hiph.* הִפְלָה ſeparavit, diſtinxit, eximium, ſingularem fecit, mirificavit: *Præter.* הִפְלָה יְהוָה חָסִיד לוֹ, Pſalm. 4. v. 4., ſegregavit Dominus pium ſibi; *& juxta alios* eximium, ſingularem effecit, mirificavit Dominus ſanctum ſuum; וְהִפְלָה, Exod. 9. verſ. 4., & ſeparabit, ſeparationem, *aut* diſcrimen faciet; וְהִפְלֵיתִי & ſeparabo, excipiam, diſtinguam, *ſive*, *juxta Vulg.*, faciamque mirabilem, Exod. 8. v. 22. *Imper.* הַפְלֵה חֲסָדֶיךָ, Pſal. 17. v. 7., ſepara, ſingulares, eximias fac benignitates tuas; *& juxta Vulg.* mirifica miſericordias tuas: *Futur.* אֲשֶׁר יַפְלֶה, Exod. 11. verſ. 7., quod diſtinguat; *Vulg. optime vertit*, quanto miraculo dividat; *& cum א loco* ה, יַפְלִא נֶדֶר, Levit. 27. verſ. 2., Num. 6. verſ. 2., quum ſeparaverit, *ſive* diſtincte fecerit votum: הִפְלָה *vide pag.* 1085., *vide etiam in* נָפַל.

פָּלַח Fidit, ſecuit, diſſecuit: *& metaphorice* erupit, exortus eſt: *Part.* כְּמוֹ פֹלֵחַ וּבֹקֵעַ בָּאָרֶץ, Pſal. 141. v. 7., ſicut diſſecans, & ſidens (*ligna*) in terra; *Alii habent* ſicut ſcindens, & proſcindens terram: *LXX.*, *& Vulg. verterunt*, ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram, *i. e.*, *ſicut craſſa moles terræ*, *aratro diſciſſa*, *rumpitur in gleba*, *ita* diſſipata ſunt *&c. Pih. Futur.* יְפַלַּח כִּלְיוֹתַי, Job. 16. v. 13., diffindit, *ſive* diſrupit, diſſecat, diverberat (*ſagittis*) renes meos, *id eſt acutiſſimis doloribus me conficit*; *Vulg. vertit*, convulneravit lumbos meos; עַד יְפַלַּח חֵץ, Prov. 7. verſ. 23., donec ſcindat, *ſive* diſſecet, *& juxta Vulgat.* transfigat ſagitta; וַיְפַלַּח אֶל־סִיר הַנָּזִיד, 2. Reg. 4. v. 39., & conſecuit, diſſecuit in ollam pultis, *ſive* decoctionis, *vel* pulmenti; *Plur.* יַלְדֵיהֶן תְּפַלַּחְנָה, Job. 39. v. 3., fœtus ſuos diſſecant, *ſive* ſindunt, diffindunt, *i. e. dilatant matricem*, *aut ventrem ad pullos edendos*; *alii vertunt*, fœtus ſuos erumpere faciunt, *i. e.* pariunt, excludunt. *Vide infra* פְּלַח *Chald.*

פֶּלַח *m.* Fragmen, ſegmentum, fruſtum, Jud. 9. verſ. 53., 1. Sam. 30. verſ. 12., 2. Sam. 11. verſ. 21. *Cum præfix.* כְּפֶלַח תַּחְתִּית, Job. 41. verſ. 15., ſicut fragmen inferius, *vel* inferioris, *ſcilicet molæ*; כְּפֶלַח הָרִמּוֹן, Cantic. 4. verſ. 3.,

verſ. 3., 6. verſ. 6., ſicut fragmen, *vel* cortex mali punici.

פלח *Chald.* laboravit, operatus eſt, ſervivit, coluit, *&* quidem proprie, *de* cultura terræ; *metaphorice autem de* cultu Dei *uſurpatur*: *Partic.* פָּלַח־לֵהּ, Dan. 6. vv. 17. 21., colens, *ſive* colis eum, *vel* ſervis ei; *Plural.* פָּלְחִין colentes, colunt, Dan. 3. vv. 12. 14. 17. 18. *Conſtruct.* פָּלְחֵי ſervientibus, miniſtris (domus Dei), Eſdr. 7. v. 24. *Futur. plural.* דִּי לָא־יִפְלְחוּן ut non colerent, *ſive* ne ſervirent, Dan. 3. v. 28., לֵהּ יִפְלְחוּן ipſum colent, *ſive* ipſi ſervient, Dan. 7. vv. 14. 27.

פִּלְחָא Pilhhá, *&* *juxta Vulg.* Phalea, *nom. propr. viri*, Nehem. 10. v. 24.

פָּלְחָן *m. Chald.* miniſterium, cultus, Eſdr. 7. v. 19.

פלט Evaſit, effugit, elapſus eſt, erupit: *Præter. plural.* וּפָלְטוּ & evadent, Ezech. 7. v. 16. *Pih.* פִּלֵּט evadere fecit, liberavit, eripuit: *Item metaphorice* peperit, enixa eſt: *Partic.* מְפַלֵּט liberans, liberator; מִפְלָט *vide infra inter nomina*: *Cum affix.* מְפַלְּטִי liberans me, *ſive* liberator, ſalvator meus, 2. Sam. 22. v. 2., Pſal. 18. vv. 3. 49., *&c. Infin.* רָנֵּי פַלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי, Pſalm. 32. v. 7., cantionibus, *ſive* clamoribus liberandi, *vel*, *juxta multos*, liberationis circumdas me; *LXX.*, *Vulg.*, *& quidam alii ſunt interpretati*, exultatio mea erue me à circumdantibus me; *legerunt itaque* רָנִּי cantatio mea, *&* τὸ פַּלֵּט *acceperunt in imperat.*, *& pro* תְּסוֹבְבֵנִי *videntur legiſſe* מְסוֹבְבֵנִי, *i. e.* à circumdante me: *Imper. cum* ה *paragog.* פַּלְּטָה libera, eripe, Pſalm. 17. v. 13. *Cum affix.* פַּלְּטֵנִי erue, eripe me, Pſal. 71. v. 4., *Plur.* פַּלְּטוּ liberate, eripite, Pſal. 82. verſ. 4. *Futur. cum* ה *paragog.* וַאֲפַלְּטָה לָנֶצַח מִשֹּׁפְטִי, Job. 23. v. 7., & liberarem me tandem à judice meo, *ſive* & facerem, ut evaderem ad victoriam, *vel* ut diſcederem victor à judice meo, *ſive* à judicante me; *Vulgat. vertit*, & perveniat ad victoriam judicium meum; *Cum affix.* וַאֲפַלְּטֵהוּ & liberabo eum, Pſal. 91. v. 14., וַאֲשֶׁר תְּפַלֵּט & quos liberabis, Mich. 6. v. 14. *Cum affix.* תְּפַלְּטֵנִי liberabis, (&) eruiſti me; וַתְּפַלְּטֵמוֹ & liberaſti eos, Pſal. 22. verſ. 5., יְפַלְּטֵהוּ eruat, liberet eum; יְפַלְּטֵם eruet eos;

פִּרְתוֹ

תְּפַלֵּט פָּרָתוֹ , Job. 21. v. 10., enititur vacca ejus , *id eſt* erumpere facit , parit . *Hiph. Futurum* תַּפְלִיט ſalvabis , Mich. 6. v. 4. , וְיַפְלִיט & liberabit , evadere faciet , *ſive , juxta Vulgat.* , & amplexabitur , Iſa. 5. v. 29.

פָּלֵט *m.* Effugiens , fuga elabens , evadens : *Fæm.* פְּלֵטָה *vide infra in* פְּלֵיטָה : *Plur. m.* פְּלֵטִים effugientes , fuga elabentes , evadentes , Jerem. 44. v. 14. , 50. v. 28. , 51. v. 50. , *& cum* Jod , פְּלֵיטִים , Numer. 21. v. 29. , Iſa. 66. v. 19. *Vide infra* פַּלֵּט , *&* פָּלִיט .

פַּלֵּט *m.* Liberatio , effugium , evaſio : עַל־אָוֶן פַּלֶּט־לָמוֹ , Pſal. 56. v. 8. , propter iniquitatem , *vel* per vanitatem , *ſive* in vanitate evaſio , *vel* liberatio , effugium illis (*eſt* , *ſive erit*) , *ita Pagninus* , *Joa. Simon* , *aliique* ; *LXX.* , *Æth.* , *Vulgat. verterunt* , pro nihilo , *i. e. iniquitate* , *opere nihili* , ſalvos facies illos ; *Notat autem Genebrardus* , *interroganter legendum* , *ſicut etiam legunt Rabbini* , *videl.* ſalvos facies illos ? imo vero perdes . *Vide ſupra Inſin. in ipſo verbo* פַּלֵּט .

פֶּלֶט *Nom. propr. vide ſupra in* בֵּית *pag.* 105.

פֶּלֶט Pélet , *& juxta Vulg.* Phalet , *nom. propr. virorum* , 1. Paral. 2. v. 47. , 12. v. 3.

פָּלִיט *m.* Profugus , evadens , effugiens , qui evaſit , *aut* elapſus eſt , Amoſ. 9. v. 1. *Plur. per* Tzere *in medio* , פְּלִיטִים , *item abſque* Jod *in medio* פְּלֵטִים *vide ſupra in* פָּלֵט : *Conſtr.* פְּלִיטֵי חֶרֶב evaſores gladii , Ezech. 6. verſ. 8. *Cum affix.* פְּלִיטֵיכֶם evaſores veſtri , qui evaſerint ex vobis , Ezech. 6. verſ. 9. , פְּלִיטֵיהֶם qui evaſerint , qui fugerint ex eis , Ezech. 7. v. 16.

פְּלֵיטָה *f.* Evaſio , effugium , liberatio , ſalvatio , reſiduum , reliquiæ ; *Item metonymice* id , quod evadit , ſalvatur : *Tria ſunt abſque* Jod *in medio* , *videl.* פְּלֵטָה , Exod. 10. verſ. 5. , Ezech. 14. v. 22. , 1. Paral. 4. verſ. 43. , יְרֻשַּׁת פְּלֵיטָה לְבִנְיָמִן , Jud. 21. v. 17. , & hæreditas , *ſive* poſſeſſio evaſionis , *vel* ereptionis *ſit* ipſi Benjamin , *i. e. providendum* , *ut ex Tribu Benjamin aliquot* ſerventur , *qui ſint vice* hæreditatis *ipſi Jacob* ; לֹא־תִהְיֶה־לָּנוּ פְלֵיטָה non erit nobis effugium , 2. Sam. 15. verſ. 14. , וְאֵין פְּלֵיטָה & non reſiduum , *ſive* & non reliquiæ , *i. e.* nemo potuit evadere ,

nemo

nemo ſuperfuit, qui necem evadere potuerit, 2. Paralip. 20. v. 24., לְהַשְׁאִיר לָנוּ פְּלֵיטָה ut relinquant nobis reliquias, *i. e.* evaſores *ſuperſtites*, reſiduos, poſteros, Eſdr. 9. v. 8., שְׁאֵרִית וּפְלֵיטָה reſiduum, *ſive* reliquiæ, & evaſio, *id eſt* quod evaſerit, 2. Reg. 19. verſ. 31., אֶת־יֶתֶר הַפְּלֵטָה, Exod. 10. v. 5., reſiduum evaſionis, *i. e. quidquid remanſit intactum à grandine*; לִפְלֵיטָה in evaſionem, liberationem, Gen. 32. v. 9. *Conſtr.* פְּלֵיטַת בֵּית evaſio, ereptio domus, *&c.*, *id eſt* qui evaſerint, elapſi fuerint de domo Juda, 2. Reg. 19. v. 30., Iſa. 10. v. 20., 37. v. 31., לִפְלֵטַת יִשְׂרָאֵל, Iſa. 4. v. 2., evaſioni, ereptioni Iſrael, *i. e.* iis, qui evaſerint, *ſive* ſuperſtitibus.

מִפְלָט *m.* Effugium, evaſio, liberatio, Pſalm. 55. v. 9.

פַּלְטִי Paltí *nom. propr. virorum*, Num. 13. v. 10., 1. Sam. 25. v. 44. *Item nom. propr. urbis*, 2. Sam. 23. v. 26.

פִּלְטָי Piltái, *nom. propr. cujuſdam Sacerdotis*, Nehem. 12. verſ. 17.

פַּלְטִיאֵל Paltiél, *nom. propr. virorum*, Num. 34. v. 26., 2. Sam. 3. v. 15.

פְּלַטְיָה Pelatiah, *& juxta Vulg.* Phaltias, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 3. v. 21., 4. v. 41.

פלך *Radix Hebræis inuſit. Sed Arab. ſignificat*, rotundus fuit, rotunditatem præ ſe tulit: *Inde, uti quibuſdam videtur, eſt Hebr.*

פֶּלֶךְ *m. Quod in genere* rotundum *ſignificat*; *ſpeciatim autem eſt*: I. Tractus (terræ rotundior), *& juxta Vulg.* vicus, Nehem. 3. vv. 9. 12., 14. v. 18. *Cum affix.* שַׂר־חֲצִי־פֶלֶךְ קְעִילָה לְפִלְכּוֹ princeps dimidiæ partis tractus, *ſive* vici, *vel* regionis Ceilæ pro tractu, *ſive* pro vico ſuo, *id eſt pro hominibus* vici ſui: II. Colus, *fœminarum ſcilicet inſtrumentum, quod penſa continet, à quo fila fuſo ducuntur*; *ab aliis redditur* fuſus, *ſimilis bacillo* rotundo: וּמַחֲזִיק בַּפֶּלֶךְ, 2. Sam. 3. v. 29., & tenens fuſum, *juxta Vulg.*, *Aq.*, *& quoſdam alios*; *Sunt tamen multi, e quorum numero Buxtorfius, qui reddunt*, & apprehendens, *ſive* tenens ſcipionem, *vel* baculum: וְכַפֶּיהָ תָּמְכוּ פָלֶךְ & manus, *vel* palmæ ejus tenent, prehendent, *ſive* tractant, *vel* torquent fuſum, Prov. 31. v. 19.

פלל Appellavit, compellavit, interpellavit, *cauſam ſcilicet exponendo, defendendo vel argumentis, vel precibus, ita juxta multos. Hinc* judicavit, adjudicavit, judicium exercuit: *Hinc etiam* oravit; *in* oratione *ſiquidem* judicium exercemus, judicamus *de factis noſtris, coram Deo reos nos conſtituentes, noſtraque prava damnantes, & improbantes: In Kal eſt inuſitatum. Niph. præter.* וְנִפְלַל, Ezech. 38. verſ. 23., & judicabitur, *i. e.* punietur; *Sed LXX., Vulg., aliique ex ſignificatione* נפל *reddiderunt*, & corruet. *Pih. præter. cum affix.* וּפִלְלוֹ, 1. Sam. 2. v. 25., & judicabit eum; *LXX. habent* προσεύξονται ὑπὲρ αὐτῦ preces fundent pro eo; *Vulg. vertit*, placari ei poteſt; אֲשֶׁר פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ, Ezech. 16. v. 52., quam, *ſcil.* ignominiam, adjudicas, *ſive* adjudicaſti ſororibus tuis; *Vulgat. habet*, quæ viciſti ſorores tuas; רְאֹה פָנֶיךָ לֹא פִלָּלְתִּי, Geneſ. 48. v. 11., videre faciem tuam non judicavi, *i. e.* non putavi, non cogitavi, *juxta R. Salom., ſive juxta alios* non ſperabam; *LXX. ſunt interpretati*, ecce facie tua non ſum privatus; *Vulgat. reddit*, non ſum fraudatus aſpectu tuo: *Futur.* וַיְפַלֵּל, Pſalm. 106. verſ. 30., & judicium exercuit; *Vulg. reddit*, & placavit, *ſcilicet Deum iratum, in tranſgreſſores ſeveriſſime animadvertens*: הַתְּפִלָּה, תְּפִלָּה *vide infra inter nomina pag.* 1085. *Hithp.* הִתְפַּלֵּל judicem ſe conſtituit, ſe ipſum arbitrum interpoſuit; *hinc* interceſſit *pro alio, ſed hoc in ſenſu rarius, & in genere occurrit*: *Alias* oravit, ſupplex oravit, ſupplicavit, precatus eſt: *Conſtr. cum præpoſit.* ל, אֶל, & לִפְנֵי; *quandoque cum* עַל, *ſed tunc idem valet quod* אֶל. *Præter.* הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי oraſti ad me, 2. Reg. 19. v. 20. *Partic.* מִתְפַּלֵּל orans; *Plur.* מִתְפַּלְלִים orantes: *Infin. cum præfix.* וּכְהִתְפַּלֵּל & cum ſic oraret, *ſive, juxta Vulg.*, ſic ergo orante, Eſdr. 10. v. 1., לְהִתְפַּלֵּל ad orandum, ut oret, 1. Sam. 1. v. 12., *& cum affix.* בְּהִתְפַּלְלוֹ in orare ipſum, *id eſt* cum oraret ipſe, Job. 42. v. 10. *Imper.* הִתְפַּלֵּל, Num. 21. v. 7., 1. Sam. 12. verſ. 19., Jerem. 42. v. 20., *&c.*, & הִתְפַּלֶּל־, Jerem. 37. v. 3., ora; *Plural.* וְהִתְפַּלְלוּ & orate, Jerem. 29. v. 7. *Futur. in pauſa* אֶתְפַּלָּל orabo, Pſalm. 5. v. 3., וָאֶתְפַּלֵּל, Deuteron. 9. vv. 21. 27., *& cum* ה *paragog.* וָאֶתְפַּלְלָה,

וָאֶתְפַּלְלָה, Dan. 9. v. 4., & oravi; אַל־תִּתְפַּלֵּל, ne ores, Jerem. 7. verſ. 16., יִתְפַּלֵּל orabit, 1. Reg. 8. verſ. 29., מִי יִתְפַּלֶּל־לוֹ, 1. Sam. 2. v. 25., quis ſe judicem conſtituet ipſi, quis judex conſtituetur ipſi, *ſive* quis arbitrum illius aget? *Ita multi reddunt ex prima ſignificatione; Sed Vulg. reddit*, quis orabit pro eo? *Plur.* וַנִּתְפַּלֵּל & oravimus, Nehem. 4. v. 3., יִתְפַּלְלוּ, 1. Reg. 8. v. 30., *&* *in pauſa*, יִתְפַּלָּלוּ, Iſa. 45. v. 14., orabunt.

פָּלָל Palál, *nom. propr. viri*, Nehem. 3. v. 25.

פְּלִילָה *f.* Judicium, *&* *juxta Vulg.* concilium, Iſa. 16. v. 3.

פְּלִילִי *maſc.* Judicialis; *Item* judex, *q. d.* vir judicialis: עָוֹן פְּלִילִי, Job. 31. v. 28., iniquitas judicialis, *i. e. digna, in quam à judice inquiratur, & animadvertatur; Vulg. habet*, quæ eſt iniquitas maxima; *Plur.* פְּלִילִים judices, arbitri, Deut. 32. v. 31., וְנָתַן בִּפְלִלִים, Exod. 21. verſ. 22., & dabit per judices, *i. e.* ſecundum ſententiam judicum, *vel* arbitrorum; *Vulgat. reddit*, & arbitri judicaverint.

פְּלִילִיָּה *f.* Judicium, judicatio, Iſa. 28. v. 7.

פְּלַלְיָה Pelaliáh, *& juxta Vulgat.* Phelelia, *nom. propr. viri*, Nehem. 11. v. 12.

תְּפִלָּה *f.* Precatio, oratio, Iſa. 1. v. 15. *Cum præfix.* הַתְּפִלָּה oratio, 2. Sam. 7. v. 23., בַּתְּפִלָּה, Dan. 9. verſ. 21., לַתְּפִלָּה, Nehem. 11. v. 17., in oratione; *Conſtr.* תְּפִלַּת oratio, 1. Reg. 8. v. 28., בִּתְפִלַּת in oratione, Pſal. 80. verſ. 5., לִתְפִלַּת ad orationem, 2. Paral. 6. v. 40. *Cum affix.* תְּפִלָּתִי oratio mea, Pſal. 4. verſ. 2., *&c.*, תְּפִלָּתְךָ oratio tua, 1. Reg. 9. v. 3., תְּפִלָּתוֹ oratio ejus, Prov. 28. verſ. 9., תְּפִלָּתָם oratio ipſorum, 1. Reg. 8. verſ. 45. *Plur.* תְּפִלּוֹת orationes, *& juxta Vulg.* laudes, Pſalm. 72. verſ. 20.

* נִפְלָם, יִפֹּלֵם, יַפִּילֵם *Dictiones compoſitæ, quas vide ſupra in* נָפַל, *& in* נֶפֶל *pag.* 777., 778.

פַּלְמוֹנִי *Dictio eſt compoſita ex* פְּלֹנִי, *de quo infra, &* אַלְמֹנִי, *de quo ſupra pag.* 40., *qua quidem voce deſignatur is, cujus proprium nomen ſilentio diſſimulatur; qui Grecè dicitur* ὁ δεῖνα quidam; *unde & apud* Matth. 26. v. 18., πρὸς τὸν δεῖνα ad quemdam: *Occurrit autem* Dan. 8. verſ. 13., לַפַּלְמוֹנִי

הַמְדַבֵּר tali loquenti ; *ſive , juxta Vuigat. , alioſque ,* alteri neſcio cui loquenti ; *LXX. , Aq. , & Theod. , retenta Hebræa voce , reddiderunt τῷ φελμωνί* Phelmoni .

פְּלֹנִי Peloni , *ſive* Ploni , *vox , qua deſignatur* vir , *aut etiam , juxta multos ,* locus , *cujus nomen proprium reticetur , ut ſupra de* פַּלְמוֹנִי *dictum eſt :* יוֹדַעְתִּי אֶל־מְקוֹם פְּלֹנִי אַלְמֹנִי , 1. Sam. 21. v. 3. , (pueris) indicavi locum talem , talem , *ſive* quemdam , *& ut Vulgò ſcribitur* locum N , *ita* 2. Reg. 6. verſ. 8. , *hæ duæ dictiones de loco uſurpantur : Buxtorfius , & quidam alii una cum Kimchio arbitrantur ,* מְקוֹם *in constructione poſitum utrobique oſtendere , quod ſequentia vocabula , videlicet* פְּלֹנִי , *&c. , notant* virum quemdam ; *ac propterea vertendum* ad locum cujuſdam N . *Verum LXX. vocem Hebræam retinentes verterunt* , in loco dicto , Phalmoni almoni ; *Aq. autem , & Theod. habent , εἰς τὸν δεῖνα τόπον* in locum quemdam ; *Sym. , εἰς τὸν οὐκ οἶδά τινα τόπον* in locum neſcio quem ; *Vulg. tandem vertit* , in illum , & illum locum , *&* in loco illo , & illo : שְׁבָה־פֹּה פְּלֹנִי אַלְמֹנִי , Ruth. 4. v. 1. , ſede hîc Ploni Almoni , *i. e.* non nominande , non appellande , *ſive* tu talis , vel tu N : *Vulg. contra vertit* , vocans eum nomine ſuo ; *Nec immeritò : Nam Booz , cujus ſunt laudata verba , optime noverat nomen proprium proximi ſui prætereuntis ; ergo hunc ipſum fuiſſe nomine ſuo à Booz vocatum , tenendum eſt ; Sacer autem Scriptor nomen proprium ſilentio præterivit ideo forſan , quod ſic mulctare voluit virum ingratum , & ſuperbum .*

פְּלֹנִי Peloni , *ſeu* Ploni , *& juxta Vulgat.* Phelonites , *nom. commune virorum ab incerto patre , aut loco oriundorum ,* 1. Paral. 11. vv. 27 36. , 27. v. 10.

פלס *In Kal inuſit. Inde Pih.* פִּלֵּס libravit , appendit , trutina examinavit : *& metaphorice* exactè expendit , conſideravit , direxit : *Partic. m.* מְפַלֵּס expendit , *ſive* conſiderat , Prov. 5. v. 21. *Imper.* פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ , Prover. 4. v. 26. , expende orbitam , *ſive* callem pedis tui , *Vulg. , Aq. , aliique vertunt* , dirige ſemitam pedibus tuis : *Futur.* תְּפַלֵּס trutinas , expendis , dirigis , Iſa. 26. v. 7. , *Vulgat. ibidem ſenſum expreſſit* ; יְפַלֵּס נָתִיב , Pſalm. 78, v. 50. , li-

bravit ,

bravit, *ſive* expendit, direxit ſemitam; *Vulg. reddit*, viam fecit ſemitæ; אֹרַח חַיִּים פֶּן־תְּפַלֵּס, Prov. 5. v. 6., viam vitæ non appendit, *ſive* non librat, non ponderat; *& ad ſenſum apte reddit Vulgat.*, per ſemitam vitæ non ambulant: *Plur. cum* Nun *paragog.* תְּפַלֵּסוּן, Pſalm. 58. v. 3., appenditis, *ſive* expenditis, trutinatis, *id eſt conſilio, & propoſito agitis*; *Vulg. vertit*, concinnant.

פֶּלֶס *m.* Pondus, *quo* libratur, libra, libella, perpendiculum, ſtatera, bilanx, *à* librando: פֶּלֶס וּמֹאזְנֵי מִשְׁפָּט, Prov. 16. verſ. 11., ſtatera, & bilanx, *vel* bilances judicii, *id eſt juſtæ*; *Vulg. habet*, pondus, & ſtatera judicia (Domini ſunt); *Cum præfix.* בַּפֶּלֶס in ſtatera, *ſive, juxta Vulgat.*, in pondere, Iſa. 40. v. 12.

מִפְלָשׂ *m.* Libratio, *vel* libramentum, pondus, *quo* libratur: *Occurrit in plur. conſtr.*, מִפְלְשֵׂי, Job. 37. v. 16., librationes, *vel* libramenta, *juxta multos*; *ſive, juxta alios* differentiæ; *à LXX. redditur*, διάκρισις diſtinctio, diſcrimen; *à Vulgat.* ſemitæ: *Hoc in loco* Sin *eſt pro* Samech, *juxta Ab. Eſram, alioſque.*

פָּלַץ Horruit, tremuit, concuſſus eſt: *Occurrit tantum in Hithp. Futur. plur. in pauſa cum* Nun *parag.* יִתְפַלָּצוּן, Job. 9. v. 6., contremiſcunt, *q. d.* concutiunt ſe; *Vulg. habet*, concutiuntur. *Vide, quæ ſequuntur, nomina, & præcipue* מִפְלֶצֶת, *&* תִּפְלֶצֶת.

פַּלָּצוּת *f.* Tremor, terror, horror, ſtupor, formido, Job. 21. v. 6., Ezech. 7. v. 18., *ita &* Pſalm. 55. verſ. 6., Iſa. 21. v. 4., *hiſce tamen duobus in locis à Vulgat. redditur*, tenebræ.

מִפְלֶצֶת, *& in pauſa*, מִפְלָצֶת *f.* Idoli *cujuſdam nomen, quod nonnullis eſt* Priapus, *ideo* מִפְלֶצֶת *dictus, quia, ut ſcribit in* 1. Reg. 15. v. 13. *Rab. Levi, cui aſſentit Kimchi, adducit* horrorem, *& calamitates multas cultoribus ſuis*; *à Vulgat., aliiſque redditur* ſimulacrum, ſtatua: *Aliis videtur hoc nomine deſignatus* Pan, *quem paſtores maxime uti Deum colebant*; *unde* Panicus timor *dicitur*: *Occurrit* 1. Reg. 15. verſ. 13., 2. Paral. 15. v. 16., *ubi a Vulg. redditur*, in ſacris Priapi, *&* ſimulacrum Priapi; *Cum affix.* מִפְלַצְתָּהּ, 1. Reg. 15. v. 13., 2. Paral. 15. verſ. 16., horrendum

idolum ejus, *& juxta alios* ſtatuam, *ſive* ſimulacrum ejus; *Vulg. vertit*, ſimulacrum turpiſſimum; *& meritò*; Priapi *enim nomine pudendum virile intelligitur*.

תִּפְלֶצֶת *fœm.* Horror, tremor, *ejuſdem ſignificationis cum Conjug. Hithp.*, *q. d.* concuſſio ſui: *Cum affix.* תִּפְלַצְתְּךָ, Jerem. 49. v. 16., horror, terror tuus, *quem ſcil. ſolebas aliis incutere, vel quo alii te* horrent; *Quidam vertunt*, ſimulacrum, *vel* idolum tuum, *id eſt fiducia*, *quam in* idolis *locabas*, *& qua elatum eſt cor tuum*; *à Vulg. redditur* arrogantia tua.

פָּלַשׁ Volutavit, volvit: פְּלִשְׁתִּי *eſt nom. prop.*, *quod vide infra. Verbum hoc occurrit tantum in Hitph.* הִתְפַּלֵּשׁ volvit, volutavit ſe; *item* conſperſit, operuit ſe: *Imper. fœm.* וְהִתְפַּלְּשִׁי בָאֵפֶר & voluta te in cinere, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, & conſpergere cinere, Jerem. 6. v. 26., *& in pauſa cum* ת *in fine redundante*, *ut Maſſorethæ notant*, הִתְפַּלָּשְׁתִּי, Mich. 1. v. 10., voluta te, (*ſcil.* pulvere, *vel* cinere); *Vulg. in plur. habet*, (pulvere) vos conſpergite; *Quibuſdam tamen eſt Præter. f. cum* Jod *paragog.*, *videlicet* הִתְפַּלַּשְׁתְּ, *redditurque*, volutaſti, conſperſiſti te; *Plur.* וְהִתְפַּלְּשׁוּ & volutate, *ſive* operite, aſpergite vos, *ſcil.* pulvere, *vel* cinere, Jerem. 25. v. 34. *Futur. plur. in pauſa* יִתְפַּלָּשׁוּ volutabunt ſe, *& juxta Vulg.* conſpergentur, Ezech. 27. v. 30.

מִפְלָשׂ *m. Inde plur. conſtr.* מִפְלְשֵׂי *vide ſupra poſt* פֶּלֶס.

פְּלֶשֶׁת Peléſceth, *& juxta Vulg.* Palæſthina, *ſive* (terra) Palæſthinorum, Gen. 21. vv. 33. 34., *item ab eodem Vulg. redditur* Philiſthæa, Iſa. 14. vv. 29. 31.

פְּלִשְׁתִּי Peliſctí, *& juxta Vulgat.* Philiſthæus, *nom. commune virorum ex* Philiſthæa, *ſive* Palæſthina *oriundorum*, 1. Sam. 17. v. 23.

פְּלִשְׁתִּים Peliſtím, *& juxta Vulgat.* Philiſthæi, *item* Palæſthini, 2. Sam. 21. vv. 18. 19., 2. Paral. 17. v. 11.

פֶּלֶת Péleth, *nom. propr. virorum*, Num. 16. v. 1., 1. Paral. 2. verſ. 33.

פְּלֵתִי Pelethí, *nom. propr. commune militum*, *qui erant Regis cuſtodes*, 2. Sam. 8. verſ. 18., 20. verſ. 23., 1. Paral. 8. verſ. 17.

* הַפְּלֵתִים,

✶ הִפְלְתִים , הִפְלְתָם *Vide ſupra in* נפל *pag.* 776.

פִּימָה *Vide ſupra pag.* 1074. *Item* פִּימוֹ, *&c. vide ſupra pag.* 1058., 1059.

✶ פֶּן *Vide ſupra poſt* פרן *pag.* 1062., *& infra pag.* 1096.

פנג *Dictio hæc ſemel occurrit, apud ſcil.* Ezech. 27. v. 17., *variumque in ſenſum a diverſis accipitur. Nam quibuſdam eſt* Phœnicia, *nom. propr. regionis: Kimchi hoc in loco notat, Joſephum Gorionidem explicare* אפרסמון, *quod vocant* balſamum; *& ſic etiam ſunt arbitrati Vulg., R. Salomon, Bochartus, aliique. Eiuſdem autem* balſami *in Jerico fuit copia; unde & à* רֵיחַ odore bono *nomen accepit.*

פנה Aſpexit, reſpexit, ſpectavit: *Item* vertit, avertit, convertit, divertit, declinavit; *& intranſitive* vertit ſe, obvertit, avertit ſe, *pro vario reſpectu, & conſtructionis ratione. Conſtruitur autem præcipue cum præpoſit.* אֶל, ל, מִן, *&* עַל. *Præter.* פָּנָה convertit ſe, *& juxta Vulg.* ſequutus eſt, reſpexit, Deut. 31. vv. 18. 20., Pſal. 40. v. 5., *item* declinavit, Cant. 6. v. 1., Jerem. 6. v. 4., וּפָנָה & reſpiciet, *vel* cum aſpexerit, Iſa. 8. verſ. 21., פָּנִיתָ reſpexiſti, 2. Sam. 9. v. 8., וּפָנִיתָ בַבֹּקֶר, Deuter. 16. v. 7., & vertes te in matutino, *& juxta Vulg.* maneque conſurgens; וּפָנִיתָ אֶל־תְּפִלַּת, & reſpicies ad orationem, 1. Reg. 8. verſ. 28., וּפָנִיתָ לְּךָ קֵדְמָה, 1. Reg. 17. v. 3., & vertes te Orientem verſus; *Vulgat. reddit*, & vade contra Orientem; וּפָנִיתִי & reſpiciam, Lev. 26. v. 9., & vertam, convertam me, Eccl. 2. vv. 11. 12., Ezech. 36. v. 9., *Plural.* כָל־יָמֵינוּ פָּנוּ, Pſal. 90. v. 9., omnes dies noſtri declinaverunt, *& juxta Vulgat.* defecerunt; כֻּלָּם לְדַרְכָּם פָּנוּ omnes in viam ſuam declinaverunt, Iſa. 56. v. 11., פָּנוּ אֵלַי עֹרֶף, Jerem. 2. v. 27., obverterunt mihi, *vel* verterunt ad me cervicem, *ſive* tergum, dorſum, *i. e.* dereliquerunt, contempſerunt me; *Plural.* אִישׁ לְדַרְכּוֹ פָּנִינוּ quiſque, *vel* ſinguli in viam ſuam declinavimus, Iſa. 53. v. 6. *Partic.* פֹּנֶה avertens ſe, Deut. 29. verſ. 17., *item* reſpiciens, Joſ. 15. vv. 2. 7., *&* הַפּוֹנָה reſpiciens, Ezech. 8. v. 3. *Aliud vide inter nomina; Plur.* פֹּנִים reſpicientes; *Plur. fœm.* הַפֹּנוֹת ſpectantes, reſpicientes, Ezech. 46. v. 19. *Infinit.* פְּנֹה reſpiciendo,

Aggæ. 1. v. 9., *& forma conſtr.* פְּנוֹת reſpicere, Ezech. 43. v. 17., Malach. 2. v. 17., לִפְנוֹת עֶרֶב, Geneſ. 24. v. 63., aſpiciendæ veſperæ, *i. e.* ad aſpiciendum *cœlum*, *ſtellaſque* ſub veſperam; *alii reddunt*, cum ſe verteret, *i. e.* adveniret, appropinquaret veſpera; *Vulg. habet*, inclinata jam die; לִפְנוֹת בֹּקֶר, Exod. 14. v. 27., Jud. 19. v. 26., Pſal. 46. v. 6., cum reſpiceret mane, *i. e.* cum mane adveniret, *ſive* jam diluceſceret; *Vulg. reddit*, primo diluculo, *&* recedentibus tenebris, *&* mane diluculo; לִפְנוֹת דָּלִיּוֹתָיו, Ezech. 17. v. 6., ut reſpiciant, *ſive* reſpicerent rami, *vel* palmites ejus; *Cum affix.* בִּפְנוֹתָם, Ezech. 29. verſ. 16., in convertendo ſe ipſos, *ſive* dum ſe convertunt, *vel* dum reſpexerint (poſt eos); *Vulgat. vertit*, ut fugiant, & ſequantur (eos): *Imper.* פְּנֵה reſpice, Pſal. 25. v. 16., *Plur.* פְּנוּ reſpicite, convertite vos, Job. 6. verſ. 28., 21. v. 5., Iſa. 45. v. 22., vos convertendo abite, aliò vos vertite, Num. 14. v. 25., Deut. 1. vv. 7. 40., 2. v. 3. *Futur.* וְאֶפְנֶה & vertam me; *& per apocopen* וָאֵפֶן & verti me, Deut. 9. v. 15., 10. verſ. 5., תִּפְנֶה vertes, convertes te, reſpicies, 1. Reg. 2. v. 3., Job. 5. verſ. 1., *& per apocopen* תֵּפֶן aſpicias, reſpicias, Num. 16. v. 15., Deut. 9. v. 27., *item* convertas te, declines, Job. 36. v. 21., יִפְנֶה avertet ſe, Deuter. 30. v. 17., ſpectabit, *vel* vertet ſe, *& juxta Vulg.* ambulet, Job. 24. v. 18., divertebat, declinabat, *& juxta Vulg.* pergebat, verterat ſe, 1. Sam. 13. vv. 17. 18., 14. v. 47., אֶל־כָּל־אֲשֶׁר יִפְנֶה, Prov. 17. v. 8., ad omne, quod reſpexerit, *vel* ſe verterit, *i. e.*, *ut exponunt Vulg.*, *aliique*, quocumque ſe verterit, quocumque ſpectabit, quidquid intendet; הַמָּקוֹם אֲשֶׁר־יִפְנֶה הָרֹאשׁ אַחֲרָיו יֵלֵכוּ, Ezech. 10. v. 11., ad locum, quo vertebat ſe, *ſive* declinabat ipſum caput, *ſive* primus *Cherub*, *vel* prima *rota*, poſt illud, *vel* illum ibant; *Vulgat. reddit*, (ſed) ad locum, ad quem ire declinabat, quæ prima erat, ſequebantur; *& per apocopen* וַיִּפֶן כֹּה וָכֹה, & vertit ſe, reſpexit huc, atque illuc, Exod. 2. v. 12., תִּפְנֶה *f.* declinaverit, Levit. 20. v. 6., וַתֵּפֶן & divertit, declinavit, *i. e.*, *juxta Vulg.*, reverſa eſt, 1. Reg. 10. v. 13., *Plural.* וַנֵּפֶן & vertimus

vertimus nos, divertimus, Deut. 2. vv. 1. 9., 3. v. 1., אַל־תִּפְנוּ ne reſpiciatis, *ſive* ne convertatis vos, ne declinetis, Levit. 19. vv. 4. 31., עֹרֶף יִפְנוּ, Joſ. 7. v. 12., cervicem obverterunt; *Vulgat. vertit*, (Iſrael), fugiet (eos); *item* convertent ſe, Iſa. 13. verſ. 14., וַיִּפְנוּ & converterunt ſe, Geneſ. 18. v. 22. *Pih.* פִּנָּה aſpiciendum præbuit, *i. e. effecit, ut nativa rei facies, remotis obſtaculis*, in conſpectum veniat: *Hinc* פִּנָּה *ſignificat*, amovit, expedivit, expurgavit, everrit, paravit, præparavit; *Aliud vide infra poſt* פָּנַן: *Præter.* פִּנָּה אֹיְבֵךְ, Soph. 3. v. 15., expedivit, amovit, avertit inimicum tuum; וּפִנָּה־דֶרֶךְ לְפָנָי, & expediet, expurgabit, *ſive* præparabit viam ante faciem meam, Malach. 3. v. 1., פִּנִּיתָ לְפָנֶיהָ, Pſalm. 80. v. 10., everriſti, expurgaſti ante faciem ejus, *ſive*, *juxta Pagninum*, *alioſque*, repurgaſti *locum* ante eum; *Vulgat. vertit*, dux itineris fuiſti in conſpectu ejus; פִּנְּתָה, *&* פִּנָּתָה *vide infra in* פִּנָּה *poſt* פָּנַן: פִּנִּיתִי הַבַּיִת, Geneſ. 24. verſ. 31., præparavi domum; *Plural.* וּפִנּוּ אֶת־הַבַּיִת, Levit. 14. v. 36., & expurgabunt domum; *Vulgat. optime reddit*, ut efferant univerſa de domo: *Imper. plural.* פַּנּוּ parate, Iſa. 40. v. 3., 62. v. 10., expurgate (viam), *&* *juxta Vulg.* declinate (de ſemita), Iſa. 57. v. 14. *Hiph.* הִפְנָה aſpicere fecit, faciem advertit, avertit, *vel* obvertit; reſpexit, vertit ſe: *Præter.* הִפְנָה־עֹרֶף, Jer. 48. v. 39., obvertit, *& juxta Vulg.* dejecit cervicem; *Fœmin.* הִפְנְתָה לָנוּס vertit ſe ad fugiendum, Jerem. 49. verſ. 24. *Plur.* הִפְנוּ verterunt ſe, Jerem. 46. v. 21., reſpexerunt, *ſive*, *juxta alios*, obvertant, *vel* avertant faciem, Jerem. 46. verſ. 5., 47. v. 3. *Particip.* מַפְנֶה vertens ſe, Nahum. 2. verſ. 9. *Infin. cum affix.*, *& præfix.* כְּהַפְנֹתוֹ שִׁכְמוֹ, 1. Sam. 10. v. 9., quum verteret, *ſive* cum avertiſſet humerum ſuum: *Futur.* וַיֶּפֶן & vertit, convertit, *ſive*, *juxta Vulg.*, junxit, Jud. 15. v. 4. *Hoph. præter. plur.* הָפְנוּ, Jerem. 49. verſ. 8., fiet, ut avertant ſe, *ſive* verſi ſunt; *Sed Vulg.*, *aliiſque eſt Imperat.*, *redditurque*, terga vertite, *ſive* vertimini, convertimini, *ſcilicet in fugam*: *Partic.* מָפְנֶה צָפוֹנָה, Ezech. 9. v. 2., verſus, converſus ad ſeptentrionem; *Vulg. reddit*, quæ (*porta*) reſpicit ad Aquilonem.

פּוֹנָה *m.* Converſio, reflexio; *vel* vertens, convertens ſe: *Unde* עַד־שַׁעַר הַפּוֹנָה, 2. Paral. 25. verſ. 23., uſque ad portam converſionis, reflexionis, *vel* vertentis ſe, *i. e.*, *ubi euntes* ſe convertunt, *hactenus Joa. Simon*; *Sed Vulg.*, & *alii reddunt*, uſque ad portam anguli.

פִּנָּה *f. Vide infra poſt* פָּנַן.

פָּנֶה *m. Unde plur.* פָּנִים *quod in genere, ut ſcribit Jo. Simon, ſignificat* partes *rei* aſpectui ſe obverſantes, *ſive* in oculos cadentes; *ut ſunt* partes *rei* anteriores, 2. Sam. 10. v. 9., Jer. 1. v. 13., Ezech. 22. v. 30., Eccl. 10. v. 10., *item* partes *rei* exteriores, *ſive* ſuperficics, Geneſ. 1. vv. 2. 29., 2. Sam. 11. verſ. 11., Iſa. 25. verſ. 7., Job. 41. verſ. 5., & *κατ' ἐξοχὴν* facies *hominis*; *item* oculus, vultus, aſpectus, & *quælibet externa* anterior *rerum* ſpecies: *Et per metonymiam*, affectus animi, *uti ſunt* triſtitia, ira, lætitia, favor, gratia, auxilium: *Vide* פָּנִים *pag.* 1094., & מִפָּנַיִם *in* פָּנִין *pag.* 1095., פָּנִים אֶל־פָּנִים facie ad faciem, Geneſ. 32. v. 31., פָּנִים בְּפָנִים facie ad faciem, Deut. 5. v. 14., לֶחֶם פָּנִים, Exod. 25. v. 30., panis faciei, *id eſt* præſens, *ſive* panis in conſpectu, *id eſt* coram poſitus, *vel* panis propoſitionis, *i. e.* coram oculis poſitus: כַּמַּיִם הַפָּנִים לְפָנִים, Prover. 27. v. 19., ſicut *in* aquis facies faciei, *ſubintelligitur autem verbum, videlicet reſpondet, vel repræſentatur, ita vertunt Pagninus, Junius, & Tremellius, aliique; alii aliter habent; Vulgat. ſenſum expreſſit. Quum autem* facies *pars ſit rei cujuſque* anterior, *inde ſæpe* פָּנִים *ſumitur pro particula*, ante, à fronte: פָּנִים וְאָחוֹר ante, & retro, à fronte, & à tergo, Ezech. 2. verſ. 10. *Cum* ל *ab initio, particula* temporis *eſt, videlicet*, ante, antea, prius: לְפָנִים antea, Joſ. 14. v. 15. *Accedit ipſi etiam* Mem, מִלְּפָנִים ab ante, a ſuperiore tempore, ab antiquitate, Iſa. 41. verſ. 26. *Conſtr.* פְּנֵי אֱלֹהִים faciem Dei, Geneſ. 33. v. 10., עַל־פְּנֵי תְהוֹם in ſuperficie abyſſi, Geneſ. 1. v. 2., פְּנֵי הַדָּבָר, 2. Sam. 14. v. 20., (ut circumducerem) ſpeciem hujuſce ſermonis; *Vulgat. habet*, (ut verterem) figuram ſermonis hujus; פְּנֵי הַלּוֹט, Iſa. 25. verſ. 7., (tollet) faciem, *ſive* expanſionem denſiſſimi veli, *ſive, juxta alios*, operimenti

menti iſtius obducti; *Vulgat. vertit* (præcipitabit) faciem vinculi colligati. *Eſt & interdum*, coram, e regione, ex adverſo, in conſpectu, à fronte, Geneſ. 11. verſ. 28., 25. vv. 9. 18., *ſed frequentiſſime ſuperaddito* ל *ab initio*: לִפְנֵי ad conſpectum, coram, ante: *Infinitivo præmiſſum, illum in tempus finitum reſolvit, ut* לִפְנֵי שַׁחֵת ante perdere, *i. e.* antequam perdidiſſet, ſubvertiſſet, Geneſ. 13. v. 10., לִפְנֵי מוֹתִי ante mori me, *i. e.* antequam moriar ego, Geneſ. 27. v. 7. *Et cum* מ, מִלִּפְנֵי à facie, è conſpectu, præſentia, Jon. 1. verſ. 3., *idem etiam ſignificat cum affix. Item* מִפְּנֵי, *etiam cum affix.*, à facie, à conſpectu, propter: מִפְּנֵי אֲשֶׁר propterea quod, Exod. 19. verſ. 18., כְּמִפְּנֵי־חֶרֶב tamquam à gladio, Lev. 26. v. 37. *Cum affix.* פָּנַי, *& in pauſa* פָּנָי vultus, facies mea; יִשָּׂא פָנָי, Geneſ. 32. verſ. 21., (ſi forte) ſuſcipiat, elevet faciem meam; *Vulg. optime vertit*, (forſitan) propitiabitur mihi; *nam cum offenſus* parcit, *ſive* propitiatur, *facit, ut offenſor* elevet faciem: לְפָנַי, *&* לְפָנָי in conſpectum meum, *ſive* ante me; *Sed* לְפָנַי, *quod omnes ad* פָּנָה *referunt, vide ſub litera* ל; מִלְּפָנַי, *&* מִלְּפָנָי, *item* מִפָּנַי, *&* מִפָּנָי à, *ſive* è conſpectu meo; פָּנֵינוּ facies noſtra, Jerem. 51. verſ. 51., פָּנָיו facies, *ſive* vultus ejus, Gen. 4. v. 5., עַל־פָּנָיו ante eum, Geneſ. 32. v. 22., פָּנֵימוֹ vultus ejus, Pſal. 11. verſ. 7., הֲפָנָיו an, *ſive* numquid facies ejus? Job. 13. v. 8., לְפָנָיו ad faciem ejus, *ſive* in conſpectu ejus, *vel* ante eum, coram eo, Gen. 24. verſ. 33., *Eſt & particula temporis, ut* לְפָנָיו וְאַחֲרָיו ante eum (*diem*), & poſtea, Joſ. 10. verſ. 14., מִלְּפָנָיו, *&* מִפָּנָיו à conſpectu, à facie ejus; שִׂים פָּנֶיךָ pone faciem tuam, Ezech. 21. verſ. 1., *& ſemel fœmin.* אָנָה פָּנַיִךְ מֻעָדוֹת, Ezech. 21. v. 21., quo facies tuæ comparatæ, *vel* conſtitutæ ſunt.

פְּנֵי הַחִירֹת Penéi háhhiróth, *& juxta Vulgat.* Phihahiroth, *nom. propr. loci, in quo caſtrametati ſunt Hebræi. Occurrit cum præfix.* מִפְּנֵי הַחִירֹת de Phihahirot, Num. 33. v. 8.

פְּנוּאֵל Penuél, *& juxta Vulg.* Phanuel, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 4., *item nom. propr. loci, in finibus Amorrhæorum, in ſorte Ruben*, Geneſ. 32. v. 32., Jud. 8. vv. 8. 17., 1. Reg. 12. v. 25.

פְּנִיאֵל Peniél, *& juxta Vulgat.* Phanuel, *nom. propr. loci*, Geneſ. 32. verſ. 31., *item nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 25., *ubi Maſſorethæ notant, legendum* פְּנוּאֵל.

פְּנִים *m.* Interius, intimum, *quaſi* anterius *dictum*, *quod* introrſum *pergenti* interiora *ſint* ante, exteriora *vero* retrò. *Quidam dictionem hanc derivant à radice inuſit* פָּנַם; *Alii illam referunt ad* פָּנָה; *unde* מ *naturà ſuà ſervile eſſet*: *Cum præfix.* מִלִּפְנִים וְלַחִיצוֹן, 1. Reg. 6. v. 29., intrinſecus, & extrinſecus; *Vulgat. paraphraſi uſus reddit*, quaſi prominentes de pariete, & egredientes. *Inde cum* ה *locali*, *ut ſequitur*,

פְּנִימָה Intus, intro, intrinſeeus, Levit. 10. v. 18., *& cum præfix.* לִפְנִימָה intrinſecus, 1. Reg. 6. verſ. 30., מִפְּנִימָה *idem*, 1. Reg. 6. v. 19.

פְּנִימִי *m.* Interior, intimus, Ezech. 41. v. 15., וְעַד־הַבַּיִת הַפְּנִימִי וְלַחוּץ & uſque ad domum interiorem, & foras, *ſive* forinſecus, Ezech. 41. verſ. 17., *& cum præfix.* בַּפְּנִימִי וּבַחִיצוֹן intrinſecus, & forinſecus, *ibidem*: פְּנִימוֹ *vide ſupra in* פָּנִים facies: *Plur.* הַפְּנִימִים interiora, 1. Paral. 28. v. 11. *Fœm.* פְּנִימִית interius, 1. Reg. 6. v. 36. *Plural.* הַפְּנִימִיּוֹת interiora, 2. Paral. 4. v. 22., *& hic* Mem *ſervile tranſit in radicale*; *juxta alios tamen naturà ſuà radicale eſt*.

פִּנְחָס Pinhhás, *& juxta Vulg.* Phinees, *nom. propr. virorum*, Exod. 6. v. 25., 1. Sam. 1. v. 3.

פנן *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus, ut notat Joa. Simon, eſt in 2. Conjug.*, in varia genera diſtribuit, diviſit; *item* varius fuit. *Inde ut quibuſdam videtur, ſunt*

פְּנִין *m.* Carbunculus, *lapis ſcilicet pretioſus in ignitum rubens, uti exponit Buxtorfius*: *Sed pleriſque eſt in genere* lapis pretioſus; *quam quidem interpretationem in* Salomonis Proverbiis *ſemper ſequuntur Græci Seniores, Chaldæi, Syri, & Arabes, multique Hebræorum*: *R. tamen Salomò in* Prov. 8. v. 11., *& Bochartus in* Hieroz. Part. II. lib. V. cap. 6., *& 7., quos alii non pauci ſequuntur, contendunt*, פְּנִין *eſſe* margaritam; *eſt autem* margarita, *ut habet Pomarius in Lexico ad vocem* פנין, lapis pretioſus, *vel* lapillo albo ſimilis, qui educitur è ventre piſcis, oſtrei nomine,

mine,

Digitized by Google

mine, in Oceano reperiri ſolito. *Dictio hæc nonniſi in plur. numero uſurpatur, videl.* פְּנִינִים, *quia, ut laudato loco notat Bochartus, in annulis, & in ornatu quotidiano, fere* ſingulæ gemmæ *adhibentur*; *At* margaritæ *in torquibus, & monilibus* plures *conferi ſolent. Vulgat. in ejuſdem dictionis expoſitione varius eſt; Nam* Prov. 20. v. 15., *eidem Vulg.* וְרָב־פְּנִינִים *eſt* & multitudo gemmarum; *& cum præfix.* מִפְּנִינִים *redditur ab eodem* de occultis, Job. 28. v. 18., *item* (melior eſt ſapientia) cunctis pretioſiſſimis, Prover. 8. v. 11., *item* de ultimis finibus, Prov. 31. v. 10., *&* אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים rubicundiores ebore antiquo, Thren. 4. v. 7., *ubi alii vertunt*, rubuere corpore, *ſive* ſpecie præ carbunculis, *vel* præ margaritis. *Semel in textu* Prov. 3. v. 15. *legitur* מִפְּנִיִּים, *quod Vulgat. vertit*, (pretioſior eſt) cunctis opibus.

פּוּנֹן Punón, *nom. propr. loci, in quo caſtrametati ſunt Iſraelitæ*, Num. 33. v. 42.

פִּינֹן Pinón, *nom. propr. urbis Idumæorum*, Gen. 36. v. 41.

פְּנִנָּה Peninnáh, *& juxta Vulgat.* Phenenna, *nom. propr. mulieris*, 1. Sam. 1. v. 2.

פִּנָּה *f.* Extremitas, angulus, *proprie* exterior, *quo ædificium, & platea in duo latera* dividitur: לְרֹאשׁ פִּנָּה in caput anguli, Pſal. 118. v. 22., בְּכָל־פִּנָּה in omni angulo, 2. Paral. 28. v. 24. *Cum præfix.* עַד־שַׁעַר הַפִּנָּה uſque ad portam anguli, 2. Reg. 14. verſ. 13., לְפִנָּה in angulum, Jerem. 51. verſ. 26. *Conſtr.* עַל־פִּנַּת־גָּג, Prover. 21. v. 9., 25. v. 24., in, *vel* ſuper angulo tecti; פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ, Iſa. 19. v. 13., (deceperunt Ægyptum), angulum tribuum ejus, *i. e., quæ*, inſtar anguli, *aut* lapidis angularis, ſtabilit, & ornat omnia regna vicina; *ſed alii per* angulum *hic metaphorice intelligunt totius Ægypti urbes* capitales, *&* primarias, *quæ ſunt fulcimentum, robur, & decus patriæ, perinde atque* anguli *ſuſtinent totam domum*; פִּנַּת יִקְרַת, Iſa. 28. verſ. 16., (lapidem) anguli pretii, *ſive* pretioſi, *& juxta Vulg.* angularem, pretioſum; עַד־פִּנַּת שַׁעַר uſque ad angulum portæ, Jerem. 31. verſ. 40. *Aliud vide ſupra in Pih. verbi* פָּנָה: *Cum affix.* פִּנָּתָהּ (lapidem) anguli, *ſive* angularem ejus, Job. 38. verſ. 6., *& contracte* פִּנָּהּ, *pro* פִּנָּתָהּ,

פִּנָּה, *ut arbitratur Buxtorfius, alii tamen hoc referunt ad* פֵּן, *quod vide infra; Plur.* פִּנּוֹת, 1. Reg. 7. v. 34., Job. 1. v. 19., Ezech. 43. verſ. 20., 45. v. 19., *&* הַפִּנּוֹת, 2. Paral. 26. v. 15., Soph. 1. v. 16., anguli; *Vide ſupra in verbo* פָּנָה: *Item metaphorice* principes, duces, capita *populi, ut Chaldæus, aliique explicant, quod illi ſint urbi, quod* angulus firmus, *ſeu* lapis angularis *muro, ut Kimchi ſcribit; atque ita uſurpatur* Jud. 20. verſ. 2., 1. Sam. 14. v. 38., *quo tamen in loco multi vertunt*, cohortes, familias (populi), *ita ſcil. ut ſit ſenſus, omnes adſint, etiam qui in extremis ſunt caſtris: Cum affix.* עַל אַרְבַּע פִּנֹּתָיו per quatuor angulos ejus, Exod. 27. v. 2., פִּנּוֹתָם anguli eorum, Soph. 3. v. 6.

פֵּן *maſc.* Angulus; *Vide ſupra poſt* פון *pag.* 1062. *Cum affix.* פִּנָּהּ anguli illius, Prov. 7. v. 8., *Plural.* עַד־שַׁעַר הַפִּנִּים uſque ad portam angulorum, Zach. 14. v. 10.

פנק *In Kal Inuſit. Inde Pih.* פִּנֵּק delicate, *ſive* molliter educavit: *Partic.* מְפַנֵּק מִנֹּעַר עַבְדּוֹ, Prov. 29. v. 21., delicate enutriens à pueritia ſervum ſuum.

* פִּנַּת *Vide ſupra in* פִּנָּה *pag.* 1095.

פִּסָּא *Chald. in ſtatu emphat. vide infra poſt* פסס.

פסג Altus fuit, *juxta quoſdam. Hinc Pih.* פִּסֵּג exaltavit, extulit, ſuſtulit, elevavit: *Imper plur.* פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ, Pſal. 48. v. 14., *locum hunc varii varie accipiunt; R. Salomon, Buxtorfius, Jo. Simon, & quidam alii vertunt*, attollite, extollite palatia ejus; *Aben Eſra, & Pagninus exponunt* intuemini, aſpicite palatia ejus, *ſive* oculos attollite in ea: *LXX. vero, & Vulg. habent* diſtribuite, *ſive juxta Hieronymum*, ſeparate domos ejus, *id eſt, ut exponit Genebrardus, notate, obſervate diſtincte, diſtributim, ſigillatim* domos, *&* palatia ejus; *nam in eis ſunt multæ manſiones, & gradus.*

פִּסְגָּה *fæm.* Collis, mons altus, *juxta Buxtorfium, & quoſdam alios; ſed LXX., Vulg., aliiſque communiter eſt nom. propr. montis in terra Moab contra Jericho ſupra Jordanem, redditurque* Φασγά Phaſga: *Occurrit autem* Num. 21. v. 21., 23. v. 14., *&c.*

פִּסָּה *f. Inde conſtr.* פִּסַּת *vide infra poſt* פסס.

פָּסַח Tranſiit, tranſiliit; *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל: *Item*; claudicavit, *quia, ut animadvertit Jo. Simon*, claudus *non tam per viam* incedit, *quam altero pede* tranſilit: *Præterit.* אֲשֶׁר פָּסַח qui tranſivit, Exod. 12. v. 27., וּפָסַחְתִּי עֲלֵיכֶם & tranſibo præter vos, Exod. 12. v. 13. *Partic. plural.* פֹּסְחִים claudicatis, 1. Reg. 18. verſ. 21. *Infinit.* פָּסֹחַ tranſeundo, Iſa. 31. verſ. 5. *Niph. Futur.* וַיִּפָּסֵחַ & claudus redditus eſt, 2. Sam. 4. v. 4. *Pih. Futur. plur.* וַיְפַסְּחוּ & tranſilierunt, 1. Reg. 18. v. 26.

פֶּסַח *maſc.* Tranſitus, tranſitio, *propriè*: *Metonymice* agnus, *qui maſtabatur, & comedebatur ab Iſraelitis in Ægypto, cum Angelus, Ægyptiorum primogenitos occidens, Iſraelitarum domos, ſanguine* agni *iſtius conſperſas, & ſignatas*, tranſiret, *& Iſraelitis parceret. Hinc* agnus *iſte vocatur* pæſach, paſcha, phaſe, *i. e.*, tranſitus, *quod ſanguis ejus, domibus aſperſus, tantum eſſet ſignum illius* tranſitus, Exod. 12. verſ. 11. *Item*, feſtum paſchatis, *quo* agnus *iſte comedebatur*, 2. Reg. 23. verſ. 21., כַּפֶּסַח ſicut paſcha, *ſive* phaſe, 2. Reg. 23. v. 22., *Plur.* ſuper jugulatione הַפְּסָחִים paſcharum, 2. Paral. 30. verſ. 18., *i. e.*, agnorum paſcalium; לַפְּסָחִים, 2. Paral. 35. vv. 7. 8. 9., in ſacrificia, *ſive* in feſta paſchatis; *Vulg. reddit*, in ſolemnitate phaſe, ad faciendum, ad celebrandum phaſe.

פִּסֵּחַ *m.* Claudus, Levit. 21. v. 18., לַפִּסֵּחַ claudo, Job. 29. verſ. 15., מִפִּסֵּחַ a claudo, Proverb. 26. verſ. 7. *Plurale abſque* Dageſch, פִּסְחִים, Iſa. 33. verſ. 23., *&* הַפִּסְחִים, 2. Sam. 5. v. 8., claudi.

פָּסֵחַ Paſéahh, *& juxta Vulg.* Phaſea, *&* Pheſſe, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 4. v. 12., Eſdr. 2. v. 49.

פָּסַךְ Paſách, *& juxta Vulgat.* Phoſech, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 33.

פָּסַל Dolavit, ſculpſit: *Præt. cum affix.* כִּי פְסָלוֹ יֹצְרוֹ quod ſculpſerit illud formator illius, Habac. 2. verſ. 18. *Imper.* פְּסָל־לְךָ ſculpe, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, præcide, dola tibi, Exod. 34. v. 1., Deut. 10. v. 1. *Futur.* וָאֶפְסֹל & dolavi, Deut. 10. v. 3., וַיִּפְסֹל & dolavit, *ſive, juxta Vulg.*, excidit, Exod. 34. v. 4. *Plur.* וַיִּפְסְלוּ & dolaverunt, 1. Reg. 5. v. 32., *aliàs* 18.

פֶּסֶל *m.* Sculptum, ſculptile, idolum ſculptum, & dolatum, Exod. 20. v. 4, הַפֶּסֶל, & הַפָּסֶל, Jud. 18. vv. 17. 20., ſculptile; בַּפָּסֶל in ſculptili, Iſa. 42. verſ. 17., מִפָּסֶל à ſculptili, Jerem. 10. v. 14. *Cum affix.* וּפִסְלִי & ſculptile meum, Iſa. 48. v. 5., לְפִסְלוֹ in ſculptile ſibi, Iſa. 44. v. 17., עֵץ פִּסְלָם lignum ſculptilis ſui, Iſa. 45. v. 20.

פָּסִיל *m. Idem: Plur.* אֶרֶץ פְּסִלִים terra ſculptilium, Jerem. 50. v. 38., מִן־הַפְּסִילִים אֲשֶׁר אֶת־הַגִּלְגָּל, Jud. 3. v. 19., à ſculptilibus, *ſive* idolis, *i. e.* è loco ſculptilium, *ſeu* idolorum, quæ apud, *vel* in Galgal; *quidam vertunt* è lapidicinis; עָבַר אֶת־הַפְּסִילִים pertranſiit ſculptilia, *ſive* idola, *i. e.* locum idolorum, Jud. 3. verſ. 26., *ubi quidam reddunt*, pertranſiiit lapidicinas, *id eſt* locum, ubi dolabantur lapides: *Conſtr.* פְּסִילֵי אֱלֹהֵיהֶם ſculptilia deorum ipſorum, Deuter. 7. verſ. 25. *Cum affix.* פְּסִילֶיךָ ſculptilia tua, Mich. 5. v. 13., פְּסִילֶיהָ ſculptilia ejus, Jerem. 51. verſ. 52., פְּסִילֵיהֶם ſculptilibus, *ſive* idolis ſuis (fuerunt ſervientes), 2. Reg. 17. v. 41.

פְּסַנְטֵרִין *m. p. Chald.* pſalteria, *inſtrumenta muſica*, Dan. 3. v. 7., *quidam exiſtimant eſſe dictionem græcam* ψαλτήρ, *vel* ψαλτήριον; *alii tamen hoc ipſum negant*.

פְּסַנְתֵּרִין *Idem ac ſupra*, Dan. 7. vv. 5. 10. 15.

פָּסַס Defecit, imminutum fuit: *Præter. plur.* פַּסּוּ אֱמוּנִים, Pſalm. 12. verſ. 2., defecerunt veraces, *ſeu* fideles; *LXX.*, & *Vulg. habent*, diminutæ ſunt veritates.

פַּס *maſc. Chald.* pars, particula, *quaſi* minutum, *vel* partem defectam *dicas*, & *juxta Vulgat.* articulus: פַּס יְדָא pars manus, Dan. 5. v. 5. *Emph.* פַּסָּא דִי יְדָא pars, *ſive* articulus manus, Dan. 5. v. 24.

פַּסִּים *m. p.* Particulæ, fruſta: כְּתֹנֶת פַּסִּים tunicam fruſtorum, *id eſt*, variis particulis diverſorum colorum confutam, *hoc eſt*, verſicolorem; *à Vulgat. redditur* (tunica) polymita, *item* talaris: *Occurrit autem* Geneſ. 37. vv. 3. 23. 32., 2. Sam. 13. vv. 18 19.

פַּס דַּמִּים Pás-dammím, & *juxta Vulgat.* Pheſdomim, *nom. propr. loci*, 1. Paral. 11. v. 13.

פִּסָּה *f.* Pars, particula minuta. *Conſtr.* פִּסַּת־בַּר, Pſalm. 72. verſ. 16., particula frumenti, *id eſt*, pugillus, parum, mini-

minimum; *Vulgat. vertit*, firmamentum, *i. e.*, firmus, & ſolidus cibus, *epithetum* frumenti, *quo vita hominis continetur*, & *ſuſtentatur*.

פִּסְפָּה Piſpáh, & *juxta Vulgat.* Phaſpha, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 38.

פָּעָה Exclamavit: *Futur.* כַּיּוֹלֵדָה אֶפְעֶה velut parturiens exclamabo, Iſa. 42. v. 14., *juxta Aben Eſram, alioſque; Vulgat. habet*, ſicut parturiens loquar; *Quidam vero reddunt*, ut parturiens viperam, *quaſi ab* אֶפַע, *quod vide ſupra pag.* 57.

פָּעוּ Páhu, *nom. propr. urbis Adar regis in Edom*, Gen. 36. verſ. 39.

פָּעִי Páhi, *mendoſè pro* פָּעוּ, *idem ac ſupra*, 1. Paralip. 1. verſ. 50.

פָּעַל Operatus eſt, egit, fecit, deſignavit, paravit: *Præterit.* מַה־פָּעַל quid operatus eſt? Num. 23. v. 23., מִי־פָעַל וְעָשָׂה quis deſignavit, *ſive* paravit, & fecit? Iſa. 41. v. 4., פָּעַלְתָּ לָנוּ operatus es nobis, Iſa. 26. v. 12. *Plur.* פָּעֲלוּ, Pſalm. 119. v. 3., & *in pauſa* פָּעָלוּ, Soph. 2. v. 3., operati ſunt, operantur: *Partic.* וּפֹעֵל צֶדֶק & operans, exercens juſtitiam, Pſalm. 15. v. 2. *Cum affix.* וּלְפֹעֲלִי & factori, *ſive* operatori, creatori meo, Job. 36. verſ. 3. *Plur. conſtr.* עִם־פֹּעֲלֵי cum operantibus, Job. 34. verſ. 8., לְפֹעֲלֵי operantibus, Job. 31. v. 3., מִפֹּעֲלֵי de operantibus, Pſalm. 59. verſ. 3., מִפְעָלִים *vide* מִפְעָל *inter nomina*. *Futur.* מָה אֶפְעַל לָךְ quid agerem, agam, faciam tibi? Job. 7. v. 20., תִּפְעָל־, Job. 35. v. 6., 11. v. 8., ages, facies; יִפְעַל, Job. 22. v. 17., & יִפְעָל, Pſal. 7. verſ. 14., faciet, efficiet, *ſive*, *juxta quoſdam*, facit, parat; *Plur. in pauſa cum* Nun *paragog.*, תִּפְעָלוּן operamini, Pſalm. 58. v. 3.

פֹּעַל *m.* Paratio, paratus, Prov. 21. v. 6. *Item* opus, *quod* paratur, *ſive* efficitur, perficitur, Deut. 33. v. 11., Pſal. 44. verſ. 2., & 64. v. 10. *Item metonymice* merces, *quæ* operando *ſcil.* paratur, quæque *pro* opere debetur: וְאֵת פֹּעַל יְהוָה & opus Domini, Iſa. 5. v. 12., בְּפֹעַל in opere, Pſal. 9. v. 17. *Cum affix. in pauſa* פָּעֳלִי opus meum, Pſal. 95. v. 9., פָּעָלְךָ, Habac. 3. verſ. 2., & *in pauſa* פָּעָלֶךָ,

פָּעֳלֶךָ, Pſalm. 77. verſ. 13., opus tuum; וּפָעָלְכֶם & opus veſtrum, Iſa. 41. verſ. 24., פָּעֳלוֹ, Deut. 32. v. 4., *&* פֹּעֲלוֹ, Iſa. 1. v. 31., opus ejus, *vel* ſuum; כְּפָעֳלוֹ juxta opus ſuum, Proverb. 24. v. 12., כְּפָעֳלָהּ ſecundum opus ſuum, Jerem. 50. verſ. 29., פָּעֳלָם opus eorum, Job. 36. verſ. 9., בְּפָעֳלָם ad opus ipſorum, Job. 24. v. 5., כְּפָעֳלָם ſecundum opus eorum, Pſalm. 28. v. 4. *Plur.* רַב־פְּעָלִים, 2. Sam. 23. v. 20., 1. Paral. 11. v. 22., amplus, magnus operibus, *ſive* rebus geſtis.

פְּעֻלָּה *f. Idem ac* פֹּעַל*, de quo ſupra: Conſtr.* פְּעֻלַּת שָׂכִיר opus, *i. e.*, merces mercenarii, Levit. 19. verſ. 13. *Cum affix.* וּפְעֻלָּתִי & opus meum, Iſa. 49. verſ. 4., לִפְעֻלַּתְכֶם operi veſtro, 2. Paral. 15. v. 7., לִפְעֻלָּתֵךְ operi tuo, Jerem. 31. verſ. 16., פְּעֻלָּתוֹ opus ſuum, Ezech. 29. verſ. 20., פְּעֻלָּתָם opus eorum, Iſa. 61. verſ. 8. *Plur.* פְּעֻלֹּת opera, Pſalm. 28. v. 5., לִפְעֻלּוֹת ad opera, Pſalm. 17. v. 4.

פְּעֻלְּתַי Pehullethai, *& juxta Vulgat.* Phollattai, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 26. v. 5.

מִפְעָל *m.* Opus: *Plur. cum affix.* מִפְעָלָיו opera ejus, Pſal. 8. verſ. 22. *Fœm. Conſtr.* מִפְעֲלוֹת יְהוָֹה opera Domini, Pſal. 46. verſ. 9.

פָּעַם Egit, agitavit, impulit, concuſſit, pulſavit; *in Kal inuſit. Inde Niph. Præter.* נִפְעַמְתִּי concutior, *& juxta LXX., atque Vulg.* turbatus ſum, Pſalm. 77. v. 5. *Futur.* וַתִּפָּעֶם רוּחוֹ cum concuſſus, *vel* conſternatus eſſet ſpiritus ejus, Geneſ. 41. v. 8. *Pih. Infin. cum affix.* לְפַעֲמוֹ, Jud. 13. v. 25., agitare, impellere eum; *Vulgat. ſenſum ibidem expreſſit. Hithp. Futur.* וַתִּתְפָּעֶם רוּחוֹ & conſternatus erat ſpiritus ejus, Dan. 2. v. 1., *& ſic* v. 3.

פַּעַם *c., ſed f. ſæpius, Eſt:* I. Ictus, pulſus, concuſſio: II. Pes, *corporis membrum, dictus* פַּעַם*, quod ſit* agitationis *corporis medium, vel quod inter eundum* agitetur*, uti notat Joa. Simon; item* pes *animæ, id eſt amor, quo illa* movetur *tamquam ad locum, quo tendit, ut docet Auguſtinus enarratione in* Pſalm. 9.*, item* pes *arte factus*, angulus; *&* pes, *ſive juxta alios*, greſſus, paſſus, *cujuſdam determinatæ* menſuræ *genus:* III. Vicis, *quæ videl.* ictu *quodam deſignari ſolet; quo quidem ſenſu particulæ naturam induit, videl.* ſemel,

mel., ſemel **dumtaxat**, omnino, prorſus, tunc, nunc: פַּעַם אַחַת vice una, Joſ. 6 vv. 3. 11. 14., פַּעַם אַחַת ictu uno, 1. Sam. 26. verſ. 8., *Vulgat.*, *& alii laudatis in locis vertunt*, ſemel; פַּעַם בַּחוּץ פַּעַם בָּרְחֹבוֹת nunc, *ſive* aliquando foris, nunc, *ſive* aliquando in plateis, Proverb. 7. v. 12., פַּעַם וּשְׁתָּיִם ſemel & iterum, *ſive*, *juxta Vulg.*, & bis, Nehem. 13. v. 20., אֶת־הוֹלֶם פָּעַם, Iſa. 41. verſ. 7., ad percuſſionem incudis, *vel* ſuper incude, *ita vertunt Buxtorfius, & quidam alii; At dictio* פַּעַם *nullibi* incudem, *ſed* vicem *ſæpe ſignificat; hinc alii una cum Vulgat. reddunt*, (confortavit) eum, qui tundebat, *vel* contundebat, *ſive* cudebat tunc temporis, *vel* viciſſim: *Cum præfix.* זֹאת הַפַּעַם, Gen. 2. v. 23., hac vice; *Vulg. vertit*, hoc nunc; אַךְ־הַפַּעַם, Geneſ. 18. v. 32., ſaltem hac vice, *ſive*, *juxta Vulgat.*, adhuc ſemel; *& in pauſa* אָמוּתָה הַפָּעַם, Gen. 46. v. 30., moriar jam nunc; בַּפַּעַם הַזֹּאת vice hac, Exod. 8. v. 8., כְּפַעַם־בְּפַעַם, Num. 24. v. 1., Jud. 16. v. 20., 1. Sam. 3. v. 20., ſicut vice in vicem, *i. e.* hac vice ut antea, *ſive* ſicut prima & altera vice: *Dual.* פַּעֲמַיִם, Geneſ. 27. verſ. 36., *& in pauſa* פַּעֲמָיִם, Num. 20. verſ. 11., duabus vicibus; *Plur.* שֶׁבַע פְּעָמִים ſeptem vicibus, *ſive* ſepties, Gen. 33. v. 3., שָׁלוֹשׁ וּשְׁלֹשִׁים פְּעָמִים, Ezech. 41. v. 6., trium, *vel* tribus, & triginta pedibus *altitudinis*; *alii vertunt*, tribus, & triginta vicibus; *Vulg. habet*, bis triginta tria: *Conſtr.* פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו, Jud. 5. v. 28., inceſſus curruum ejus; *Vulg.*, *& alii vertunt*, pedes quadrigarum illius; פַּעֲמֵי דַלִּים greſſus tenuium, *ſive* egenorum, Iſa. 26. verſ. 6. *Cum affix.* פְּעָמַי, 2. Reg. 19. v. 24., *& in pauſa* פְּעָמָי, Pſalm. 17. v. 5., pedes, *ſive* greſſus mei, veſtigia mea; לִפְעָמַי pedibus meis, Pſalm. 57. v. 7., הָרִימָה פְעָמֶיךָ, Pſalm. 74. verſ. 3., leva pedes tuos; *LXX.*, *& Vulg. habent*, leva manus tuas, *diverſa quidem metaphora uſi, ſed eandem habente vim, ut conſideranti patet*; פְּעָמַיִךְ *fœmin.* pedes tui, Cantic. 7. v. 2., פְּעָמָיו יִרְחַץ, Pſalm. 58. v. 11., pedes ſuos lavabit; *Vulg. reddit*, manus ſuas lavabit, *mutatur metaphora, ſed non intellectus*; וְיָשֵׂם לְדֶרֶךְ פְּעָמָיו, Pſal. 85. v. 14., & ponet in via pedes, *ſive* greſſus ſuos; עַל־פְּעָמָיו contra,

contra, *ſive* ante, ad pedes, *ſive* greſſus ejus, Prov. 29. v. 5. *Plural. fœm. cum affix.* עַל אַרְבַּע פַּעֲמֹתָיו, Exod. 25. verſ. 12., 37. v. 3., per, *vel* in quatuor angulos ejus, *ſcil. arcæ*; *quidam vertunt*, per quatuor pedes, *vel* impages, *aut* baſes ejus, *quibus ſcil. arca ſuſtentabatur*; וְאַרְבָּעָה פַּעֲמֹתָיו, 1. Reg. 7. verſ 30., & *in* quatuor angulis, *ſive* impagibus ejus, *ſcil. baſis*, *i. e. ſingularum baſium*; *Vulg. vertit*, & per quatuor partes.

פַּעֲמֹן *m.* Tintinnabulum, Exod. 28. v. 34., *ſic dictum, quod* concuſſione perſonet: *Plur.* אֶת פַּעֲמֹנִים tintinnabula, Exod. 39. verſ. 25. *Conſtr.* פַּעֲמֹנֵי זָהָב tintinnabula auri, Exod. 28. verſ. 33.

פַּעֲנֵחַ *Vide infra ſuo loco* צָפְנַת.

פָּעַר Aperuit, diſtendit, & ori *peculiariter tribuitur*: *Præterit. fœm.* וּפָעֲרָה פִיהָ, Iſa. 5. verſ. 14., & aperuit, *ſive* & diſtendit os ſuum; פִּי פָעַרְתִּי os meum diſtendi, aperui, Pſal. 119. v. 131., *Plur.* פָּעֲרוּ עָלַי diſtenderunt, aperuerunt contra me בְּפִיהֶם ore ſuo, *id eſt* os ſuum, Job. 16. v. 10., & ב *redundat*.

פְּעוֹר Pehór, & *juxta Vulgat.* Phogor, *nom. propr. montis in terra Moab*, Numer. 23. verſ. 28., *item nom. propr. idoli Moabitarum*, & *Madianitarum*, Numer. 25. vv. 3. 18.: Deuter. 3. v. 29., 4. v. 3., Joſ. 22. v. 17., Hoſe. 9. v. 10. *Vide ſupra* בֵּית פְּעוֹר *pag.* 105.

פַּעֲרַי Páharai, & *juxta Vulg.* Pharai, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 35.

* פִּיפִיּוֹת *Vide ſupra in* פה *pag.* 1059.

פָּצָה Aperuit, pandit, dilatavit, diduxit, diſtendit: *Et ex uſu Chaldaico*, liberavit: *Præter. f.* פָּצְתָה אֶת־פִּיהָ aperuit os ſuum, Geneſ. 4. v. 11., פָּצִיתָה אֶת־פִּיךָ pandiſti, *ſive* aperuiſti os tuum, Jud. 11. v. 36., פָּצִיתִי פִּי aperui os meum, Jud. 11. v. 35. *Plur.* פָּצוּ aperuerunt, Pſalm. 22. v. 14. *Partic.* וּפֹצֶה פֶּה aperiens os, Iſa. 10. v. 14., הַפּוֹצֶה אֶת־דָּוִד liberans, redimens Davidem, Pſal. 144. verſ. 10. *Imper.* פְּצֵה פִיךָ aperi os tuum, Ezech. 2. v. 8. *Cum affix.* פְּצֵנִי libera, eripe me, Pſal. 144. v. 7. *Futur.* יִפְצֶה־פִּיהוּ aperiet os ſuum, Job. 35. v. 16. *Vide* מַפֵּץ *ſupra poſt* נָפַץ *pag.* 779.

פצח Fragorem, ſonum edidit, perſonuit: *Præter. plural.* פָּצְחוּ רִנָּה fragorem edunt cantu, Iſa. 14. verſ. 7. *Imperat. f.* פִּצְחִי רִנָּה perſona cantu, *& juxta Vulg.* decanta laudem, Iſa. 54. verſ. 1., *Plur.* פִּצְחוּ הָרִים רִנָּה, Iſa. 44. v. 23., fragorem edite, perſonate montes cantu; *Vulg. reddit*, reſonate montes laudationem, *& alibi* cantate, gaudete: *Futur. plural.* יִפְצְחוּ הָרִים רִנָּה, Iſa. 49. v. 13., *ubi Maſſora legendum monet in Imper., videl.* וּפִצְחוּ, & fragorem edite, perſonate montes cantu; *Vulg. habet*, jubilate montes laudem; יִפְצְחוּ perſonabunt, *ſive, juxta Vulgat.*, cantabunt, Iſa. 55. v. 12. *Pih. Præterit. plural. in pauſa*, עַצְמֹתֵיהֶם פִּצֵּחוּ, Mich. 3. v. 3., oſſa eorum diffringunt, *& juxta alios* fregerunt, confregerunt.

פצל Decorticavit, *in Kal inuſit. Inde Pih. præter.* פִּצֵּל decorticavit, Gen. 30. v. 38. *Futur.* וַיְפַצֵּל בָּהֵן & decorticavit in eis, Gen. 30. v. 37.

פְּצָלָה *f.* Decorticatio, cortex: *Occurrit in plur.* פְּצָלוֹת decorticationes, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, cortices, Gen. 30. verſ. 37.

פצם Diffregit, fregit, *juxta multos*: *Præterit. cum affix.* פְּצַמְתָּהּ, Pſalm. 60. verſ. 4., diffregiſti, fregiſti eam; *LXX., & Vulg. reddunt*, conturbaſti eam; *quibuſdam aliis* ה *in fine non eſt affix., ſed paragog. Vide* אֲפִיצֵם, הֱפִיצָם, יְפִיצֵם, תְּפִיצֵם *in* פוץ *in Hiph.*

פצע Vulneravit, læſit: *Præter. plur. cum affix.* פְּצָעוּנִי vulneraverunt me, Cantic. 5. v. 7. *Partic. Pahul conſtr.* פְּצוּעַ־דַּכָּה, Deut. 23. verſ. 2., *ubi quidam codices habent* דַּכָּא, vulneratus, *ſive* læſus contuſione; *Vulg. optime ſenſum expreſſit in hæc verba*, eunuchus, attritis, vel amputatis teſticulis: *Infin.* הַכֵּה וּפָצֹעַ, 1. Reg. 20. v. 37., percutiendo, & vulnerando; *Vulgat. habet*, qui percuſſit eum, & vulneravit.

פֶּצַע *m.* Vulnus, Exod. 21. v. 25. *Cum affix.* לְפִצְעִי ad vulnus meum, Gen. 4. v. 23. *Plur.* פְּצָעִים vulnera, Prov. 23. v. 29. *Conſtr.* פִּצְעֵי, Prov. 27. v. 6. *Cum affix.* פְּצָעַי vulnera mea, Job. 9. v. 17.

* פְּצַפֵּץ, *& quod inde derivatur, vide ſupra in* פוץ.

* פוֹצֵץ *Vide ſupra in* פוץ *in Pih., & Hithp. pag.* 1063., 1064.

פָּצַר Inſtitit, urſit, compulit, coegit: *Conſtruitur cum Præpoſit.* ב. *Futur.* וַיִּפְצַר־בָּם & inſtitit apud eos, *ſive, juxta Vulg.*, & compulit illos, Gen. 19. verſ. 3., *Plural.* וַיִּפְצְרוּ בָאִישׁ & inſtiterunt in virum, *ſive, juxta Vulg.*, vimque faciebant, Gen. 19. v. 9. *Hiph. Infin.*, *loco Nominis*, הַפְצַר inſtare, *pro*, inſtantia, repugnantia, reſiſtentia, 1. Sam. 15. verſ. 23., *ubi Vulgat. habet*, nolle acquieſcere.

פְּצִירָה *fœm. Varium in ſenſum ab Interpretibus accipitur. Occurrit* 1. Sam. 13. v. 21. *ita*, הַפְּצִירָה פִים לַמַּחֲרֵשׁוֹת (& erat) lima habens ora (*id eſt plena inciſuris ad acuendum ferrum*) vomeribus, *ita Buxtorſius*, & *quidam alii*; *Joa. Simon*, *aliique vertunt*, (& erat) obtuſio in aciebus vomerum; *Vulg. habet*, retuſæ itaque erant acies vomerum; *Alii aliter reddunt*.

פָּקַד Rationem, curam, & attentionem *alicujus rei* habuit, *vel* commiſit *aliis*. *In ſpecie autem ſignificat*: I. Viſitavit, *tam conferendi boni*, *quam inferendi denuntiati mali cauſa*: *Inde latiſſime ſumitur pro*, inviſit, reviſit, recognovit, animadvertit: *In bonum ſi uſurpetur*, *Accuſativum habet*; *in malum vero*, *fere cum* עַל, אֶל, לְ, & ב *conſirui ſolet*; *quaſi latine dicas*, animadvertere in aliquem, pœnas *ab aliquo* depoſcere, recordari *delicti alicujus*, *ut puniatur*: II. Cenſum inſtituit, numeravit, recenſuit, luſtravit: III. Requiſivit; & *inde etiam* deſideravit; *Nam*, *quæ* requiruntur, deſiderantur; *item* deſideratus fuit; & *inde etiam* defecit, defuit; *Nam abſentes* requiſiti, *ſive citati ſæpe* deſiderantur, deficiunt, deſunt: IV. Commiſit, commendavit, depoſuit, *in alicujus ſcil. fide*, *aut fidem*, *vel apud aliquem*: V. Præfecit. *Varios hujuſce verbi ſenſus ſæpe ipſa conſtructionis ratio deſignat*. *Præter.* פָּקַד אֶת־שָׂרָה viſitavit Saram, Geneſ. 21. v. 1., *ita* Exod. 4. v. 31., Rut. 1. v. 6., אֵין פָּקַד אַפּוֹ, Job. 35. v. 15., non viſitavit furor ejus, non animadvertit furore ſuo; *Vulg. optime vertit*, non infert furorem ſuum; מִי־פָקַד עָלָיו אָרְצָה, Job. 34. verſ. 13., quis commiſit, *vel* injunxit ei terram, *ſcil. gubernandam*? *ſive*, *juxta alios*, quis præfecit ipſum terræ? *Vulg. habet*, quem conſtituit alium ſuper terram? מִי־פָקַד עָלָיו,

עָלָיו, Job. 36. verſ. 23., quis commiſit, *vel* præſtituit, præſcripſit ipſi? *Vulg. habet*, quis poterit ſcrutari (vias ejus)? וְהוּא־פָקַד עָלַי, 2. Paral. 36. v. 23., Eſdr. 1. v. 2., & ipſe commiſit, *ſive* præcepit mihi; *item* recenſuit, numeravit, Numer. 1. v. 44., 3. v. 39., 4. vv. 37. 41. 45. 46. 49., 1. Reg. 20. v. 15., 1. Paral. 21. v. 6., פָּקַדְתָּ viſitaſti, Pſal. 17. verſ. 3., וּפָקַדְתָּ & viſitas, *ſive* conſideras, Job. 5. v. 24., פָּקַדְתִּי viſitavi, Exod. 3. v. 16., וּפָקַדְתִּי & viſitabo, Exod. 32. v. 34., וּפָקַדְתִּי עֲלֵיהֶם, Jerem. 15. v. 3., & præficiam eis, *ſive* conſtituam ſuper eos; *Vulgat. vertit*, & viſitabo ſuper eos, *i. e. inducam ipſis in pœnam*: *Cum affix* פְּקַדְתִּים viſitabo eos, Jerem. 6. v. 15. *Plur.* פָּקְדוּ recenſuerunt, *ſive* numerarunt, deſcripſerunt, Num. 26. vv. 63. 64., *ſed in pauſa* אִשָּׁה רְעוּתָהּ לֹא פָקָדוּ, Iſa. 34. v. 16., *&* mulier, *&* ſocia ejus non deſiderarunt, non requiſiverunt, *id eſt* ſocia non deſiderat, *ſive* deſideravit ſociam, *quod alibi recte vertitur*, cognata ſe mutuo non deſiderant; *Vulg. itaque apte reddit*, alter alterum non quæſivit; וּפָקְדוּ &, *ſive* tunc præficient, *vel* conſtituent, Deut. 20. v. 9. *Cum affix.* פְּקָדוּךָ requiſiverunt te, *ſive* recordati ſunt tui, Iſa. 26. v. 16., פְּקַדְתֶּם viſitaſtis, Jer. 23. v. 2., וּפְקַדְתֶּם עֲלֵהֶם, Num. 4. v. 27., & committetis, *ſive* commendabitis eis; *Alii vertunt*, & numerabitis eis (ad cuſtodiam); וְלֹא־פָקַדְנוּ מְאוּמָה & non deſideravimus quidquam, *ſive* quantulumcunque, *id eſt juxta Vulg.*, nec quicquam aliquando periit, 1. Sam. 25. verſ. 15. *Partic.* פֹּקֵד, Exod. 20. verſ. 5., *&* פּוֹקֵד, Jerem. 46. v. 25., viſitans, *vindicta ergo*: *Partic. Pabul* פָּקוּד recenſitus, *item* præfectus, dux, princeps; *Plural.* הַפְּקֻדִים numerati, recenſiti, Exod. 30. vv. 13. 14., 38. v. 26., Numer. 1. vv. 44. 46., 2. vv. 9. 16. 24. 31., 4. v. 46., 7. verſ. 2., *item* duces, principes, præfecti, Num. 31. v. 48. *Conſtr.* פְּקוּדֵי, *&* פְּקֻדֵי numerati, Exod. 38. verſ. 21., *&c.*, *item* præfecti, principes, Num. 31. v. 14., 2. Reg. 11. v. 15., 2. Paralip. 23. v. 14. *Cum præfix.* מִפְּקוּדֵי ex numeratis, Num. 26. v. 64. *Cum affix.* פְּקֻדֵיכֶם numerati veſtri, Num. 14. v. 29., פְּקֻדָיו numerati, recenſiti ejus, Numer. 1. verſ. 22., פְּקוּדֵיהֶם, *&*

פְּקֻדֵיהֶם numerati eorum, *ſive* ipſorum, Num. 1. vv. 21. 23., *&c.*, לִפְקוּדֵיהֶם, 1. Paral. 23. v. 24., *&* לִפְקֻדֵיהֶם, Num. 3. v. 43., per numeratos eorum: פְּקֻדָּה, פִּקּוּד *f.*, *& plural.* פְּקֻדּוֹת, *ſive* פְּקֻדֹּת *vide inter nomina*: *Infin.* פָּקֹד viſitando, Gen. 50. vv. 24. 25., Exod. 3. v. 16., 13. v. 19., *item* requirendo, 1. Sam. 20. v. 6. *Cum præfix.* בִּפְקֹד dum recenſebit, Exod. 30. verſ. 12., לִפְקֹד ad viſitandum, Pſalm. 59. v. 6., Iſa. 26. v. 21., Hoſe. 12. verſ. 3., *item* ad recenſendum, ad numerandum, 2. Sam. 24. verſ. 4. *Cum affix.* וּבְיוֹם פָּקְדִי & in die viſitare me, *id eſt* quo viſitavero, *ſive* animadvertam ego, *& juxta Vulgat.* in die ultionis, Exod. 32. v. 34. *Imper.* פְּקֹד recenſe, numera, Num. 3. vv. 15. 40., *item* viſita, Pſal. 80. v. 15. *Cum affix.* פָּקְדֵנִי viſita me, Pſal. 106. v. 4. Jerem. 15. verſ. 15. *Plur.* פִּקְדוּ viſitate, *ſive* inquirite, 1. Sam. 14. v. 17., 2. Reg. 9. v. 34., *item* numerate, recenſete, 2. Sam. 24. v. 2., *item*, *juxta multos*, præficite, Jerem. 51. verſ. 27., *ubi Vulg. habet*, numerate: *Futur.* אֶפְקוֹד, *&* אֶפְקֹד viſitabo, Jerem. 10. v. 12., *&c.*, תִּפְקֹד viſitabis, 1. Sam. 17. v. 18., *item* recenſebis, numerabis, Num. 1. v. 49., 4. vv. 23. 29., *item* præficies, conſtitues, Numer. 3. verſ. 10., וַתִּפְקֹד עָלַי, 2. Sam. 3. verſ. 8., & viſitaſti., *ſive* viſitas contra me, ſuper me, *vindictæ ſcilicet cauſa*, *ita nonnulli reddunt*; *Alii vero habent*, inquiſiſti, arguiſti in me; *Cum affix.* תִּפְקְדֶנּוּ viſitas eum, Job. 7. v. 18., Pſal. 8. v. 5., תִּפְקְדֵם numerabis eos, Num. 3. v. 15., 4. v. 30., *Fæm.* וַתִּפְקְדִי & viſitaſti, Ezech. 23. v. 21., יִפְקוֹד, *&* יִפְקֹד viſitabit, Geneſ. 50. v. 24., *&c.*, *item* præficiet, Num. 27. v. 16., וְיִפְקֹד & viſitabit, Jerem. 14. v. 10., Hoſe. 8. v. 13, וַיִּפְקֹד & viſitavit, Gen. 40. v. 4., Jud. 15. v. 1., *item* & recenſuit, numeravit, Num. 3. v. 16., *&c.*, *item* & depoſuit, commiſit, *ſive*, *juxta Vulg.*, & tradidit, & repoſuit, Geneſ. 40. v. 4., 2. Reg. 5. v. 24. *Cum affix.* יִפְקְדֵנִי quæſierit me, 1. Sam. 20. v. 6., וַיַּפְקִדֵהוּ & præfecit eum, Geneſ. 39. v. 4., יִפְקְדֵם viſitabit eos, Soph. 2. verſ. 7., וַיִּפְקְדֵם & recenſuit eos, Num. 1. v. 19., *&c.*, *Plur.* תִּפְקְדוּ recenſebitis, numerabitis, Numer. 1.

v. 3.,

v. 3., 4. v. 32., יִפָּקְדוּ viſitabunt, Jerem. 3. verſ. 16., וַיִּפָּקְדוּ, & viſitarunt, *ſive*, *juxta alios*, & quæſierunt, 1. Sam. 14. v. 17. *Niph. præter.* נִפְקַד deſideratus, deſideratum eſt, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, defuit, Numer. 31. v. 49., 1. Sam. 25. vv. 7. 21., וְנִפְקַדְתָּ & deſideraberis, *ſive* requireris, 1. Sam. 20. verſ. 18. *Infin.* הִפָּקֵד יִפָּקֵד deſiderando deſiderabitur, *ſive* deficiendo deficiet, 1. Reg. 20. v. 39., לְהִפָּקֵד ut deſideretur, *& juxta Vulg.* auferretur, Jud. 21. v. 3. *Futur.* יִפָּקֵד, *&* יִפָּקֵד viſitabitur, Numer. 16. v. 29., requiretur, deſiderabitur, 1. Sam. 20. v. 18., defuerit, 1. Reg. 20. v. 39., 2. Reg. 10. v. 19., בַּל־יִפָּקֶד רָע, Prov. 19. v. 23., non viſitabitur malo, *ſive* in malo; *Vulg. reddit*, abſque viſitatione peſſima; וַיִּפָּקֵד & deſideratus fuit, 1. Sam. 20. vv. 25. 27., *ubi Vulg. vertit*, *& quidem accommodatius*, apparuit vacuus (locus David); תִּפָּקֵד *fœm.* viſitabitur, Iſa. 29. v. 6., *Plur. in pauſa* יִפָּקֵדוּ viſitabuntur, Iſa. 24. v. 22., requirentur, deſiderabuntur, Jerem. 23. v. 4., וַיִּפָּקְדוּ & deſiderati, requiſiti ſunt, *ſive*, *juxta alios*, & defuerunt, 2. Sam. 2. v. 30., & recenſiti, *ſive*, *juxta alios*, & præfecti, conſtituti ſunt, Nehem. 7. v. 1., 12. v. 44. *Pih. Partic.* מְפַקֵּד צְבָא, Iſa. 13. verſ. 4., luſtrans, recenſens exercitum; *Sed LXX. verterunt*, *ἐντέταλται ἔθνει* mandavit genti; *Vulg. habet*, præcepit militiæ (belli): מִפְקָד *vide infra inter nomina*. *Puh. Præterit.* פֻּקַּד enumeratum fuit, Exod. 38. v. 21., פֻּקַּדְתִּי יֶתֶר שְׁנוֹתָי, Iſa. 38. v. 10., fit, ut deſiderem, carere factus ſum, *i. e.* privatus reſiduo annorum meorum, *ita habent Buxtorſius*, *& alii quidam*; *Vulg. vertit*, quæſivi reſiduum annorum meorum. *Hiph. Præterit.* הִפְקִיד præfecit, Geneſ. 39. v. 5., *&c.*, כִּי־הִפְקִיד מֶלֶךְ quod præfeciſſet rex, Jerem. 40. verſ. 7., *item* depoſuit, commiſit, tradidit, commendavit, 2. Paral. 12. v. 10., וְכִי הִפְקִיד אִתּוֹ & quod commendaſſet ei, Jerem. 40. verſ. 7. *Cum affix.* הִפְקַדְתּוֹ præfeciſti, *& juxta Vulg.* conſtituiſti eum, 1. Sam. 29. v. 4., הִפְקַדְתִּי præfeci, conſtitui, Iſa. 62. v. 6., וְהִפְקַדְתִּי & præficiam, conſtituam, *ſive* inducam, Levit. 26. v. 16., *Cum affix.* הִפְקַדְתִּיךָ præfeci, conſtitui te, Jerem. 1. verſ. 10. *Plur.*

הִפְקִדוּ depoſuerunt, *ſive* commendaverunt, Jerem. 36. v. 20. *Imper.* הַפְקֵד præfice, conſtitue, Pſalm. 109. v. 6., *item, juxta quoſdam*, recenſe, Num. 1. v. 50., *alii tamen etiam hoc in loco reddunt*, præfice, conſtitue: *Futur.* אַפְקִיד committo, depono, commendo, Pſal. 31. v. 6., יַפְקִיד deponet, commendabit, Iſa. 10. v. 28., וְיַפְקֵד & præficiat, conſtituat, Geneſ. 41. v. 34., Eſth. 2. v. 3., וַיַּפְקֵד & præfecit, 1. Reg. 11. verſ. 28., 2. Reg. 25. v. 22. *Cum affix.* וַיַּפְקִידֵם & præfecit, præpoſuit eos, 1. Paral. 26. v. 32. *Plur.* וַיַּפְקִידוּ ut committerent, *vel* deponerent, traderent, Jerem. 37. verſ. 21. *Hoph. Præter.* הָפְקַד viſitata eſt, *vel* viſitabitur, Jerem. 6. v. 6., *item* commiſſum, commendatum, depoſitum fuerat, Levit. 5. v. 23. *Partic. plur.* מֻפְקָדִים præfecti, præpoſiti, 2. Paral. 34. v. 12., *&c. Hithp. Præter. plur.* הִתְפָּקְדוּ, Jud. 20. vv. 15. 17., *& forma compoſita ex Hophal, & Hithpahel*, הָתְפָּקְדוּ, Numer. 1. verſ. 47., *&c.*, recenſiti ſunt, *vel*, *juxta alios*, ſe recenſeri fecerunt, ſe recenſendos exhibuerunt, *ſive* ſtiterunt: *Futur.* וַיִּתְפָּקֵד, Jud. 21. v. 9., & numeravit, *vel* recenſuit ſe; *alii vertunt*, & recenſendum ſe præbuit (populus); *Plur.* וַיִּתְפָּקְדוּ, Jud. 20. v. 15., & numerati ſunt, *ſive* & ſe recenſendos ſtiterunt, præbuerunt.

פְּקוֹד, Jerem. 50. v. 21., Ezech. 23. v. 23., *dictio hæc* pekod *multis ex antiquis, & recentioribus videtur utrobique eſſe nomen appellativum, aut proprium, eoque deſignari* Bactrianos, *vel habitatores* Aſſyriæ *inferioris, quà Syrus tranſvexit in Babyloniam, hanc autem* Aſſyriæ *partem ideo dictam* פְּקוֹד *exiſtimant, quod ſumma illic* præfectura *fuiſſet Regni Aſſyriorum, & in ea Ninive jam eo tempore everſa. Vulg. tamen, aliiſque* פְּקוֹד *laudatis in locis eſt Imper., redditurque*, vindica, viſita.

פִּקּוּד *m.* Commiſſum, mandatum, præceptum, juſſum: *Occurrit in plur. conſtr.* פִּקּוּדֵי mandata, præcepta, Pſal. 19. v. 9., 119. v. 28. *Cum affix.* פִּקּוּדֶיךָ, *&* פִּקֻּדֶיךָ mandata tua, Pſalm. 119. vv. 4. 27. 45., *&c.*, *Vulg. quandoque vertit*, juſtitias, juſtificationes tuas; בְּפִקּוּדֶיךָ, *&* בְּפִקֻּדֶיךָ in mandatis tuis, Pſalm. 119. vv. 15. 78., לְפִקּוּדֶיךָ ad man-

mandata tua, Pſalm. 119. verſ. 40., מִפִּקּוּדֶיךָ à mandatis tuis, de mandatis tuis, Pſal. 119. vv. 104. 110., פִּקּוּדָיו, *&* פִּקֻּדָיו præcepta, *ſive* mandata ejus, Pſal. 103. v. 18., 111. verſ. 7.

פָּקִיד *m.* Præfectus, præpoſitus, princeps, 2. Reg. 25. v. 19., Nehem. 11. verſ. 9., Jerem. 20. verſ. 1., *&* *cum præfix.* הַפָּקִיד præfectus, Nehem. 12. verſ. 42. *Conſtr.* וּפְקִיד כֹּהֵן הָרֹאשׁ, 2. Paral. 24. v. 11., & præpoſitus, *ſive* delegatus, *id eſt* vicarius ſacerdotis primarii; *Vulg. reddit*, & quem primus ſacerdos conſtituerat: *Cum affix.* פְּקִידוֹ præfectus ejus, Jud. 9. v. 28. *Plur.* פְּקִדִים præfecti, Geneſ. 41. v. 34., *cum defectu* Jod: *Et plenum*, פְּקִידִים, Eſth. 2. verſ. 3.

פְּקֻדָּה *fœm. Eſt*: I. Viſitatio, Iſa. 10. v. 3., Hoſe. 9. v. 7. *Conſtr.* וּפְקֻדַּת & viſitatio, Numer. 16. v. 29. *Cum affix.* פְּקֻדָּתְךָ viſitatio tua, Mich. 7. v. 4., פְּקֻדָּתָם (in tempore) viſitationis ſuæ, *ſive* ipſorum, Jerem. 10. verſ. 15., 51. v. 18. *Plur.* פְּקֻדּוֹת, Ezech. 9. v. 1., viſitationes: II. Recenſio, cenſus; לִפְקֻדָּה, 1. Paralip. 23. v. 11., in recenſionem, in cenſum: III. Præfectura, curatio, cura, officium commiſſum, depoſitum: *Conſtr.* פְּקֻדַּת præfectura, Num. 3. v. 32., *item* curatio, cura, Numer. 4. v. 16., וּפְקֻדַּת & præfectura, Num. 3. verſ. 36., 4. verſ. 16., אֶל־פְּקֻדַּת הַמֶּלֶךְ, 2. Paral. 24. v. 11., ad officium regis, *i. e. ad eos, qui erant in* officio regis, *ita juxta quoſdam*; *reddunt vero alii per metonymiam*, ad magiſtratum, ad collegium præfectorum, *ſive* ad magiſtratum regis, *id eſt ad eos, quos huic rei* præfecerat rex; *Vulg. habet*, coram rege: עַל פְּקֻדַּת in præfectura, 1. Paral. 26. verſ. 30. *Cum affix.* וּפְקֻדָּתְךָ, Job. 10. v. 12., & cura tua, *ſive* inſpectio, providentia, *&* *juxta Vulgat.* viſitatio tua; וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ, Iſa. 60. v. 17., & ponam, *vel* conſtituam præfecturam tuam, *quod quidem metonymice uſurpatur pro* magiſtratu, *ſive pro* collegio præfectorum, *ut multis videtur*; *Vulg. vertit*, & ponam viſitationem tuam; פְּקֻדָּתוֹ præfecturam, *ſive* officium, *&* *juxta Vulgat.* epiſcopatum ejus (accipiat), Pſalm. 109. v. 8., אֵלֶּה פְּקֻדָּתָם, 1. Paralip. 24. verſ. 19., hi, præfectura eorum, *i. e.* ad hos, quod

attinet; præfectura eorum *fuit*; *Vulgat. vertit*; hæ vices eorum; וּפְקֻדָּתָם, Iſa. 15. v. v. 7., & depoſitum ſuum, *juxta multos*; *ſed à Vulg.*, *&* *aliis redditur*, viſitatio eorum, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, opes repoſitæ, *ſive* abſconditæ, *quæ ſubinde* viſitari *ſolent*; לִפְקֻדָּתָם, 1. Paral. 24. verſ. 3., in præfecturam ſuam, *vel*, *juxta alios*, in numeratione ſua; *Vulg. vertit*, ſecundum vices ſuas: *Plural.* פְּקֻדּוֹת, 2. Reg. 11. verſ. 18., (poſuit) præfecturas, *ſive* cuſtodias, *id eſt*, *metonymice*, præfectos, præpoſitos, cuſtodes, *&* *ita* 2. Paralip. 23. verſ. 18., בְּבֵית־הַפְּקֻדּוֹת, Jerem. 52. v. 11., in domo præfecturarum, *ſive* inquiſitionum, *ubi videl. in reos* inquiritur, *&* *juxta Chald.* in domo vinctorum; *Vulg. vertit*, in domo carceris; פְּקֻדּוֹת אֶל־שְׁעָרַי, Ezech. 44. verſ. 11., præfecturæ, *i. e.* præfecti, præpoſiti ad portas, *ſive* portis; *Vulgat. vertit*, janitores.

פְּקִדֻת *fœm.* Præfectura: וְשָׁם בַּעַל פְּקִדֻת, Jerem. 37. v. 13., & ibi *erat* dominus, *ſive* magiſter præfecturæ, *Vulg. vertit*, erat ibi cuſtos portæ per vices.

מִפְקָד *maſc. Eſt*: I. Cenſus, numeratio, recenſio: *Conſtruct.* מִפְקַד־הָעָם (numerum) cenſus, *vel* deſcriptionis populi, 2. Sam. 24. v. 9, 1. Paralip. 21. v. 5. II. Præfectura; נֶגֶד שַׁעַר הַמִּפְקָד, Nehem. 3. v. 31., contra portam præfecturæ, *i. e.*, *metonymice*, præfectorum, *ſive* magiſtratus, *ubi ſcil.* inſtituebantur judicia; *olim enim in aliqua* portarum *urbis celebrari illa ſolebant*: *Hinc alii vertunt*, è regione portæ præcepti, *ſive* mandati, *id eſt* portæ, *ubi* Synedrium *habebatur*, *&* *de Eccleſiæ legibus ibi conſulentibus reſpondebatur*, *ut Criticis ſacris eſt animadverſum*; *Vulg. habet*, contra portam judicialem: III. Mandatum, *ita cum præfix.* בְּמִפְקַד per mandatum, *ſive*, *juxta Vulg.*, ex imperio, 2. Paral. 31. v. 13. IV. Locus deſtinatus, conſtitutus, *ita cum præfix.* בְּמִפְקַד הַבַּיִת in loco conſtituto, *ſive* deſtinato, *&* *juxta Vulgat.* in ſeparato loco domus, Ezech. 43. v. 21.

פִּקָּדוֹן *m.* Depoſitum, *ſive* res *alicujus fidei*, magna cura, commiſſa: *Cum præfix.* הַפִּקָּדוֹן depoſitum, Levit. 5. v. 23., בְּפִקָּדוֹן in depoſito, Levit. 5. v. 20., לְפִקָּדוֹן in depoſitum,

tum, *ſive* vice depoſiti, Geneſ. 41. v. 36., *Vulg. ibidem optime ſenſum expreſſit*.

פָּקַח Aperuit: *Præter.* פָּקַח עֵינָיו oculos ſuos aperuit, Job. 27. v. 19., פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ aperuiſti, *ſive* aperis oculos tuos, Job. 14. v. 3. *Partic.* פֹּקֵחַ עִוְרִים aperiens cæcos, *id eſt*, oculos cæcorum, Pſalm. 146. v. 8. *Partic. Pahul plur. fœm.* עֵינֶיךָ פְּקֻחוֹת, Jerem. 32. verſ. 19., oculi tui aperti ſunt: *Infinit.* פָּקוֹחַ אָזְנַיִם aperiendo aures, Iſa. 42. v. 20., לִפְקֹחַ עֵינַיִם ad aperiendos, *ſive* ut aperires oculos, Iſa. 42. v. 7. *Imper.* פְּקַח aperi, 2. Reg. 6. vv. 17. 20., *& cum* ה *paragog.* פְּקַחָה aperi, Dan. 9. v. 18., *ubi Maſſora notat legendum abſque* ה: *Futur.* אֶפְקַח aperiam, Zach. 12. v. 4., וַיִּפְקַח & aperuit, Geneſ. 21. v. 19., 2. Reg. 4. v. 35., 6. vv. 17. 20. *Niph Præter. plural.* וְנִפְקְחוּ & aperientur, Geneſ. 3. v. 5. *Futur. plur. fœm.* תִּפָּקַחְנָה aperientur, Iſa. 35. verſ. 5., וַתִּפָּקַחְנָה & aperti ſunt, Gen. 3. v. 7.

פִּקֵּחַ *m.* Apertus, *ſcilicet* oculis, *hoc eſt*, videns, Exod. 4. v. 11. *Plur.* הַשֹּׁחַד יְעַוֵּר פִּקְחִים munus excæcat videntes, Exod. 23. v. 8.

פֶּקַח Pekah, *& juxta Vulgat.* Phacee, *nom. propr. viri, qui regnavit ſuper Iſrael*, 2. Reg. 15. v. 25., 16. v. 1.

פְּקַח־קוֹחַ *m.* Omnimoda apertio, Iſa. 61. v. 1. *Scribitur ut duæ diſtiones, ſed eſt tantum una, conſtans ex geminatis duabus radicalibus literis, qua* gemina, *i. e.*, omnimoda apertio *denotatur, juxta Aben Eſram. R. Salomon vult* קוֹחַ *eſſe nomen ſeparatum*, carcer, captura, *à* לָקַח.

פְּקַחְיָה Pekahhiáh, *& juxta Vulg.* Phaceia, *nom. propr. viri, qui fuit rex in Iſrael*, 2. Reg. 15. v. 22.

פָּקַע *Radix Hebræis inuſit., Sed Chaldæis, & Syris eſt, auctore Joa. Simone*, fidit, rupit, ſcidit. *Inde, ut eidem, aliiſque videtur, eſt Hebr.*

פֶּקַע *m.* Colocynthis, *cucurbitæ agreſtis forma, oblonga inſtar ovi, aut fici agreſtis; quæ quidem ideo* פֶּקַע *diſta à nonnullis exiſtimatur, quod nimium matura* rumpatur: *Legitur autem in textu non de naturali* colocynthide, *ſed de cælata, aut ſculpta; quibuſdam eſt* fungus. *Sunt tamen, qui* פֶּקַע *nomine* omne genus picturarum, *ſive ſcil. florum, foliorum,*

vel

vel fructuum; *item animalium*, *ſive cujuſvis rei in ornamentum formatæ*, *deſignatum volunt*, *nec immerito*. *Nam* 2. Paral. 4. v. 3., *ad ulteriorem ejuſdem dictionis expoſitionem ponitur* ſimilitudo boum, *ut eſt Matthæo Poli in Synopſi Criticorum in* 1. Reg. 7. v. 24. *animadverſum*. *Occurrit dictio hæc in plurali tantum uſurpata*: מִקְלַעַת פְּקָעִים, 1. Reg. 6. v. 18., inciſura, *ſive* ſculptura colocynthidum, *id eſt* depicta, efformata inſtar, *ſive* in modum colocynthidum, *vel* cucurbitarum; *Vulg. reddit*, habens tornaturas, & juncturas ſuas: וּפְקָעִים & colocynthides, *ſive*, *juxta quoſdam*, cucurbitæ, *vel* cucumeres ſylveſtres, 1. Reg. 7. verſ. 24., *ubi Vulgat. habet*, & ſculptura: שְׁנֵי טוּרִים הַפְּקָעִים, 1. Reg. 7. v. 24., duo ordines colocynthidum, *ſive*, *juxta alios*, tuberculorum; *Vulgat. vertit*, duo ordines ſculpturarum.

פַּקֻּעָה *f.* Colocynthis, *ſive* cucurbita agreſtis, *vera ſcil.*, *&* *naturalis*, *non artificialis*, *ſed ſativa*; *Occurrit etiam*, *ut ſupra*, *in plural. tantum*: וַיְלַקֵּט פַּקֻּעֹת שָׂדֶה, 2. Reg. 4. v. 39., & collegit (ex ea) colocynthidas agri.

* פַּקְתָּא: *Chald. vide ſupra pag.* 780.

פַר, *&* פָּר *maſc.* Taurus, juvencus, vitulus, *ſic dictus*, *ut quibuſdam placet*, *quod terram* aratro findat, & frangat, *à verbo* פָּרַר: *Alii referunt ad* פָּרָה fœtavit; *unde* פַּר juvencus, *qui ſcilicet jam cœpit* fœtare: *Occurrit* Exod. 29. vv. 1. 3., Levit. 4. v. 3., *&c. Cum præfix.* בְּפַר, Levit. 16. v. 3., *&* בְּפָר, Ezech. 43. v. 22., cum juvenco, *ſive* vitulo: *Plur.* פָּרִים juvenci, vituli, Exod. 24. v. 1., בְּפָרִים in juvencis, *ſive* vitulis, 1. Samuel. 1. verſ. 24., לַפָּרִים in, *ſive* per juvencos, vitulos, Num. 29. v. 18. *Cum affix.* חִרְבוּ כָּל־פָּרֶיהָ, Jerem. 50. v. 27., gladio tollite omnes juvencos ejus, *id eſt ſelectiſſimos quoſque*, *&* *quidquid pretioſiſſimum eſt*; *Vulg. vertit*, diſſipate univerſos fortes ejus.

פָּרָה *f.* Juvenca, junix, vacca: פָּרָה אֲדֻמָּה junicem, vaccam rufam, Num. 19. v. 2. *Cum præfix.* הַפָּרָה vacca, Numer. 19. v. 5, כְּפָרָה ſicut vacca, Hoſe. 4. v. 16. *Cum affix.* פָּרָתוֹ vacca ejus, Job. 21. v. 10. *Plur.* פָּרוֹת vaccæ, Geneſ. 32. v. 15.

פרא *Chaldæis*, & *Syris eſt*, cucurrit, celeriter latus eſt. *Inde* פֶּרֶא *maſc.* onager, à celeri curſu, *quo vulgarem aſinum vincit*, & *ſolis equis barbaricis* velocitate *cedit*, *cito tamen fatiſcit*, *ut notat Bochartus*: *Occurrit* Job. 6. verſ. 5., 39 v. 5., Hoſe. 8 verſ. 9. *Metaphorice pro* homine fero *uſurpatur*, *ſic* פֶּרֶא אָדָם onager homo, Geneſ. 16. v. 12., *id eſt*, ferus homo. *Scribitur etiam cum* ה *vice* Aleph, פֶּרֶה onager, Jerem. 2. v. 24., *num vero fœmina ſit*, *an mas*, *varii ſunt Interpretes*: *Plur.* פְּרָאִים onagri, Job. 24. v. 5., יַפְרִיא *vide in* פָּרָה *pag.* 1116.

פִּרְאָם Pirám, & *juxta Vulg.* Pharam, *nom. propr. regis Jerimoth*, Joſ. 10. v. 3.

פַּרְבָּר *maſc.* Pars-exterior, *foras ſpectans*, 1. Paralip. 26. v. 18. *Vox*, *ut videtur*, *Chaldæa*, *compoſita ex* פְּרַר diviſit, *vel* פְּרִיר fructum, pars, & בַּר extra. *Veteres expoſuerunt* כְּלַפֵּי בַּר foras verſus, *Cod. Zevachim cap.* 5. *fol.* 55. *Quidam retinent vocem Hebræam*, *quaſi nomen proprium*: *Vulg.*, *aliique* cellulam *interpretantur*.

פָּרַד Separavit, Disjunxit: *Partic. Pahul plur.* פְּרֻדוֹת ſeparatæ, *i. e.*, exporrectæ, expanſæ, Ezech. 1. v. 11., *Et participio in nomen converſo*, פְּרֻדוֹת, *quod legitur apud* Joel. 1. v. 17., *Buxtorfio*, *Joa. Simoni*, *aliiſque multis videtur omnino reddendum*, grana, *ſic dicta*, *quaſi hinc inde* ſeparata, & diſſita; *atque hunc quidem ſenſum ex eo probare ſtudent*, *quod Chald.* פְּרָד, & *Syris* פרדתא *ſit* granum. *Verum LXX. ſunt interpretati*, δαμάλεις, *i. e.* juvencæ, *ita etiam Syriaca habet verſio*; *Vulg. autem vertit*, jumenta; *legerunt forſan* פָּרוֹת, *pro* פְּרֻדוֹת. *Niph.* נִפְרַד dividi, diſjungi, ſeparari, ſeparare ſe: *Præter.* נִפְרָד ſeparaverat ſe, Jud. 4. verſ. 11., & Kametz *eſt propter pauſam*, *ſed aliis eſt participium*; *Plur.* מֵאֵלֶּה נִפְרְדוּ אִיֵּי הַגּוֹיִם, Gen. 10. verſ. 5., ab his diviſæ, *ſive* diſtributæ ſunt inſulæ gentium; & *in pauſa* נִפְרָדוּ diviſi, *ſive* ſeparati ſunt, 2. Sam. 1. verſ. 23. *Participium* נִפְרָד diſparans, *vel* ſeparans ſe, Prov. 18. verſ. 1., *id eſt*, *qui animo ab omnibus alieno*, & *ſe ex omnium conſortio ſubducit*, *ut in ſuo propoſito*, & *animi ſententia perſiſtat*; *Plur.* נִפְרָדִים ſeparati, disjuncti, Nehem. 4. v. 19. *Infinit.* אַחֲרֵי הִפָּרֶד־לוֹט poſtquam

quam diviſus eſt, *ſive* ſeparavit ſe Lot, Gen. 13. v. 14. *Imper.* הִפָּרֶד נָא ſepara te, diſcedas quæſo (à me), Gen. 13. v. 9. *Futur.* יִפָּרֵד dividit ſe, dividitur, Gen. 2. v. 10., *item* disjungitur, ſeparatur, Prov. 19. v. 4., *Plur. in pauſa* יִפָּרֵדוּ divident ſe, dividentur, Gen. 25. v. 23., וַיִּפָּרְדוּ & ſeparati ſunt, ſeparaverunt ſe, Gen. 13. v. 12. *Pih. Futur. plur. in pauſa* הֵם עִם־הַזֹּנוֹת יְפָרֵדוּ, Hoſe. 4. v. 14., hi, *vel* ipſi cum meretricibus, *ſive* ſcortis, dividunt, ſeparant, ſeparationem faciunt, *ſubintelligendum à Deo, ſive ab uxoribus, ſeu a conſortio hominum, aut communi uſu; nam, qui talia patrant, ſeceſſum quærunt, ita multi reddunt: Sed LXX., Syr., Arab., Vulgat., & alii verterunt*, ipſi cum meretricibus miſcebantur, conſociant ſe, converſabantur, *ſive, juxta alios*, ſecedunt: *Pyh. Particip.* מְפֹרָד diſſipatus, diviſus, Eſth. 3. verſ. 8. *Hiph.* הִפְרִיד ſeparavit, ſeparationem fecit, diſſipavit, disjunxit, diremit: *Præter.* הִפְרִיד ſeparabat, Gen. 30. v. 40. *Particip.* מַפְרִיד אַלּוּף disjungens, ſeparans ducem, Prov. 16. v. 28., 17. v. 9. *Infinit. cum præfix., & affix.* בְּהַפְרִידוֹ, Deut. 32. v. 8., cum diſſiparet, diſpergeret, divideret ille, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, quando ſeparabat: *Futur.* יַפְרִיד ſeparationem faciet, Ruth. 1. verſ. 17., *item* dirimit, *ſcil. lites, & juxta Vulgat.* dijudicat, Prov. 18. v. 18., *Plur.* וַיַּפְרִדוּ & ſeparationem fecerunt, 2. Reg. 2. v. 11. *Hithp. præter. plur.* וְהִתְפָּרְדוּ כָּל־עַצְמוֹתָי, Pſal. 22. v. 15., & diſparant, ſeparant ſe, *ſive* & a ſe invicem disjunxerunt, *ſive, juxta Vulg.*, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea, *id eſt, ut notat Genebrardus, inopia ſucci, & humoris viſcoſi vix ſibi cohærentia, vel diſtracta à ſe invicem, & è ſuis locis mota præ tormentorum acerbitate*: *Futur. plur.* יִתְפָּרְדוּ diſſipantur, *ſive, juxta Vulg.*, alioſque, diſpergentur, ſe diſpergent, Pſalm. 92. verſ. 10., *& in pauſa*, יִתְפָּרָדוּ ſe ſeparant, ſe diſpergunt, diſſipant, *ſive* diſſipati ſunt, Job. 4. v. 11, *item* ſe disjungunt, *ſive, ut habent LXX., Theod., & alii*, divellerentur, *aut* ſepararentur, *& juxta Vulg.* ſeparabuntur, Job. 41. v. 9.

פֶּרֶד *m.* Mulus, 2. Sam. 18. verſ. 9. *Cum affix.* פִּרְדּוֹ mulum ſuum, 2. Sam. 13. v. 29. *Plural.* פְּרָדִים muli, 2. Reg. 5.

5. v. 17. *Cum præfix.* וּבַפְּרָדִים & in mulis, Iſa. 66. v. 20. *Cum affix.* פִּרְדֵיהֶם muli eorum, Eſdr. 2. v. 66.

פְּרוּדָא Perudha, *& juxta Vulg.* Pharouda, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 55.

פִּרְדָּה *f.* Mula, 1. Reg. 1. verſ. 33. *Conſtr.* פִּרְדַּת mula, 1. Reg. 1. vv. 38. 44.

פְּרֻדָה *f. Inde plur.* פְּרֻדוֹת *vide ſupra in ipſo verbo* פָּרַד.

צַו *m.* Præceptum, mandatum, juſſum: צַו לָצָו צַו לָצָו, Iſa. 28. vv. 10. 13., præceptum ad præceptum, præceptum poſt præceptum; *Vulgat. vertit*, manda remanda, manda remanda; *Et in pauſa* אַחֲרֵי־צָו, Hoſe. 5. verſ. 11., poſt mandatum, *vel* præceptum; *juxta autem orationis ſeriem eſt hic ſubintelligendum epitheton, videlicet* impium, *latum ſcilicet ab Jerobeamo de colendis vitulis, ut quidam, & ex Chriſtianis, & ex Hebræis notarunt: Vulg., aliique verterunt*, poſt ſordes; *Unde ipſi acceperunt* צָו *pro* צֹאִי, *quod Chaldæis* ſordes, *Talmudicis autem, apud Buxtorfium*, ſordidum, inquinatum *ſignificat. Aliud* צַו *vide ſupra in Imper., &* בְּצַוֹּת, *&c. vide in Infin. τῦ* צִוָּה.

מִצְוָה *f.* Præceptum, mandatum, Prov. 6. v. 23.; *&c. Cum præfix.* הַמִּצְוָה præceptum, Deut. 5. v. 31., *&c.*, וּבַמִּצְוָה & in præcepto, 2. Paral. 31. verſ. 21., וְכַמִּצְוָה & ſicut præceptum, 2. Reg. 17. v. 34., לְמִצְוָה de præcepto, 2. Paral. 19. v. 10. *Conſtr.* מִצְוַת, Pſalm. 19. v. 9., בְּמִצְוַת הַמֶּלֶךְ juſſu, ex mandato regis, 2. Paralip. 24. verſ. 21., כְּמִצְוַת juxta præceptum, 2. Paralip. 8. v. 13. *Cum affix.* מִצְוָתֶךָ præceptum, mandatum tuum, Deut. 26. v. 13., וְאֶת־מִצְוָתוֹ & præceptum ejus, Numer. 15. v. 31. *Plur.* מִצְוֹת, Levit. 4. v. 2., *& cum præfix.* הַמִּצְוֹת, Levit. 26. v. 14., præcepta; מִמִּצְוֹת de, *ſive* ex præceptis, Lev. 4. v. 27. *Cum affix.* מִצְוֹתַי, Geneſ. 26. v. 5., *& in pauſa* מִצְוֹתָי, Exod. 20. v. 6., præcepta mea; לְמִצְוֹתָי ad præcepta, ad mandata mea, Iſa. 48. v. 18., מִצְוֹתֶיךָ præcepta

ta tua, 1. Paralip. 29. verſ. 19., *&c.*, בְּמִצְוֹתֶיךָ in præceptis, in mandatis tuis, Pſalm. 119. verſ. 47., לְמִצְוֹתֶיךָ præcepta, mandata tua, Pſalm. 119. v. 131., מִמִּצְוֹתֶיךָ, Deut. 26. v. 13., Pſalm. 119. v. 10., *& ſine* Jod, *juxta Maſſoram*, מִמִּצְוֹתֶךָ, Dan. 9. verſ. 5., à mandatis tuis; מִצְוֹתָיו, Deut. 8. v. 11., *& ſine* Jod, מִצְוֹתָו, Deuter. 7. v. 9., 8. v. 2., præcepta ejus; *Sed* Deuter. 5. v. 10., *licet ſcriptum occurrat* מִצְוֹתָו, *Vulgat. tamen*, *Maſſoretha*, *aliique legerunt* מִצְוֹתַי præcepta mea; בְּמִצְוֹתָיו in præceptis, in mandatis ejus, Pſalm. 112. v. 1., לְמִצְוֹתָיו præceptis, mandatis ejus, Exod. 15. v. 26.

צוח Vociferatus eſt: *Futur. plural.* יִצְוָחוּ vociferabuntur, Iſa. 42. v. 11.

צְוָחָה *f.* Vociferatio, querela, clamor, Iſa. 24. v. 11. *Conſtruct.* וְצִוְחַת & querela (Jeruſalem), Jerem. 14. verſ. 2. *Cum affix.* וְצִוְחָתֵךְ & clamore tuo, Jerem. 46. v. 12.

צול *Radix inuſit. Videtur autem ſignificaſſe*, profundum fuit. *Inde eſt* צוּלָה *f.* profundum, profunditas: *Cum præfix.* לַצּוּלָה profundo, Iſa. 44. v. 27. *Inde etiam ſunt*, *quæ mox ſequuntur*,

מְצוּלָה *fœm.* Profundum, profunditas, locus profundus, Job. 41. v. 23., Pſal. 69. vv. 3. 16., Jon. 2. verſ. 4. *Cum præfix.* בִּמְצוּלָה, Pſalm. 107. v. 24., *&* בַּמְּצֻלָה, Zach. 1. v. 8., in profundo; *Plur.* מְצוּלוֹת profunda, Zachar. 10. v. 11., בִּמְצוּלוֹת, *ſive*, *juxta Maſſoram*, בִּמְצֻלוֹת in profunda, in profunditates, Mich. 7. v. 19., מִמְּצֻלוֹת יָם de profundis maris (reducam, retraham te), Pſalm. 68. v. 23., *ubi Vulg.*, *& alii*, *per parallagen protheſeon*, *ut notat Genebrardus*, *verterunt*, (convertam, *inimicos videlicet tuos*,) in profundum maris.

מְצוֹלָה *fœm. Idem ac ſupra*: *Inde plural. cum præfix.* בִּמְצוֹלֹת, Exod. 15. v. 5., Nehem. 9. verſ. 11., in profunda; *&* בִּמְצֹלוֹת, Pſal. 88. v. 7., in profundis; *ubi Vulg. habet*, in umbra mortis.

צום Jejunavit: צוּם *dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* צָוָה: *Præter.* צַמְתָּ jejunaſti, 2. Sam. 12. v. 21., צַמְתִּי jejunavi, 2. Sam. 12. v. 22. *Plur.* צַמְתֶּם jejunaſtis, Zach. 7. v. 5. *Cum affix.* צַמְתֻּנִי jejunaſtis mihi, Zach. 7. v. 5.,

צַמְנוּ

צַמְנוּ jejunavimus, Iſa. 58. verſ. 3. *Partic.* צָם jejunans, Nehem. 1. v. 4. *Infin.* הֲצוֹם nunquid jejunando, Zach. 7. v. 5. *Imper. plur.* וְצוּמוּ & jejunate, Eſth. 4. v. 16. *Futur.* אָצוּם jejunabo, Eſth. 4. v. 16., וַיָּצָם, 2. Sam. 12. v. 16., *&* וַיָּצוֹם, 1. Reg. 21. v. 27., & jejunavit: יְצוּם *vide ſupra in* צִוָּה, *item* תְּצוּם *vide ſupra in* צִוָּה: *Plural. cum* ה *paragog.* וַנָּצוּמָה & jejunavimus, Eſdr. 8. v. 23., תָּצוּמוּ jejunabitis, Iſa. 58. v. 4., יָצֻמוּ jejunabunt, Jer. 14. v. 12., וַיָּצוּמוּ, 1. Sam. 7. v. 6., *&* וַיָּצֻמוּ, 1. Sam. 31. v. 13., & jejunaverunt.

צוֹם *m.* Jejunium, Iſa. 58. verſ. 5. *Cum præfix.* הֲצוֹם nunquid jejunium? Zach. 7. v. 5., בְּצוֹם, Dan. 9. v. 3., *&* בַּצּוֹם, Pſalm. 35. v. 13., in jejunio; מִצּוֹם præ jejunio, Pſalm. 109. verſ. 24. *Cum affix.* צֹמְכֶם jejunii veſtri, Iſa. 58. v. 3. *Plur. f.* דִּבְרֵי הַצּוֹמוֹת verba jejuniorum, Eſth. 9. verſ. 31.

צוּן *Radix Hebræis inuſit. Sed Chald. in Pah.* צַיֵּן *eſt* ſignavit; *Inde derivant* צִיּוּן, צִיּוֹן, *&c.*, *quæ tamen vide infra poſt* צִיָּה: צִוָּנִי, צִוָּנוּ, אֲצַוֶּנּוּ, תְּצַוֵּנִי, תְּצַוֶּנּוּ, יְצַוֶּנּוּ *vide in* צָוָה.

צוּף Fluxit, effluxit, exundavit: *Item* natavit, ſupernatavit; *quia* natans *una cum aqua* fluere *videtur*: *Præter. plur.* צָפוּ־מַיִם exundarunt aquæ, Thren. 3. v. 54. *Partic. præſens fœm.* וְהִשְׁקֵיתִי אֶרֶץ צָפָתְךָ מִדָּמְךָ, Ezech. 32. v. 6., & irrigabo terram fluentem, *vel* natantem tibi, *i. e.* in utilitatem tuam, *ſive, juxta alios*, terram fluxus, *vel* natationis tuæ ex ſanguine tuo, *q. d.* loca, *ſuper quibus* natabant *aquæ*, irrigabo ſanguine tuo, *videlicet interfectorum tuorum*, natabitque ſanguis tuus *ſuper illis*; *Vulg. vertit*, & irrigabo terram fœtore ſanguinis tui: *Vide infra in* צָפָה: *Hiph. Præt.* הֵצִיף inundare, *juxta Buxtorſium*, *ſive*, *juxta alios*, fluere, refluere fecit, Deut. 11. v. 4. *Futur.* וַיָּצֶף & natare fecit, 2. Reg. 6. v. 6.

צוּף *m.* Favus, *à* fluendo, Prov. 16. verſ. 24. *Plur.* וְנֹפֶת צוּפִים & deſtillatione favorum, Pſalm. 19. v. 11., צוֹפִים *vide infra inter nom. propr.*

צוּף Tzúph, *&* *juxta Vulg.* Suph, *nom. prop. loci*, 1. Sam. 9. v. 5., *item nom. propr. virorum*, 1. Sam. 1. v. 1.

צוֹפַי

צוֹפַי Tzophài, & *juxta Vulg.* Sophai, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 6. v. 26.

צוֹפִים Tzophím, & *juxta Vulg.* Sophim, *nom. propr. loci, vel incolarum montis Ephraim*, 1. Sam. 1. v. 1.

צוּץ Floruit, effloruit, &c. *Verum, quæ ad hanc radicem nonnulli referunt, vide infra in* ציץ.

צוּק Arctavit, coarctavit, preſſit, compreſſit, arctè adhæſit; *Vide ſupra* יָצַק; *nam cum illo commutant hic quædam formam, & alium præſeferunt ſenſum*: *Futur.* דְּבַר־בְּלִיַּעַל יָצוּק בּוֹ, Pſalm. 41. verſ. 9., res nequiſſima arctè, *ſeu* tenaciter adhæret illi, *vel, juxta alios ad* יָצַק *hoc referentes*, fuſa, *ſive* firmata eſt in eum, *ſcil. morbum, & infirmitatem gravem, vel* in eum, *id eſt* in me, *ut de ſe loquatur in tertia perſona; hinc LXX., & Vulgat. verterunt*, verbum iniquum conſtituerunt adverſum me. *Hiph.* הֵצִיק arctavit, coarctavit, anxit, preſſit, anguſtavit, anguſtiis affecit: *Vide etiam in* יָצַק: *Conſtruitur cum Dativo, quandoque Accuſativo affixo*: *Præter. fœm.* כִּי־הֵצִיקָה לוֹ, Jud. 16. v. 16., quum arctaret, premeret, urgeret eum; *Vulg. vertit*, cumque moleſta eſſet ei; *Cum affix.* הֱצִיקַתְנִי coarctat me, Job. 32. v. 18., כִּי הֱצִיקַתְהוּ quum arctaret, urgeret eum, *ſive, juxta Vulgat.*, cum ei eſſet moleſta, Jud. 14. verſ. 17., וַהֲצִיקוֹתִי & anguſtabo, Iſa. 29. v. 2. *Partic.* הַמֵּצִיק qui anguſtia afficit, Iſa. 51. v. 13. *Plur.* הַמְּצִיקִים לָהּ anguſtantes ipſam, Iſa. 29. v. 7. *Futur.* יָצִיק לְךָ anget te, Deut. 28. v. 53. *Plur.* יְצִיקוּ לָהֶם angent eos, Jerem. 19. v. 9. *Hoph. Partic.* לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ, Iſa. 8. verſ. 23., cui anguſtatum *eſt* ei, *vel* cui anguſtia *eſt, ſive erit* ei; *pleonaſmus frequens in Hebr. lingua*: *Aliud vide inter nomina.*

צוֹק *maſc.* Anguſtia: *Cum præfix.* וּבְצוֹק הָעִתִּים & in anguſtia temporum, Dan. 9. v. 25.

צוּקָה *f.* Anguſtia, tribulatio, tortura, Prov. 1. v. 27., Iſa. 8. v. 22., 30. v. 6.

מוּצָק Anguſtia, arctatio, Iſa. 8. v. 23., *vide ſupra in Particip. Hoph.*, *ſed* Job. 37. v. 18. *ſpectat ad* יָצַק, *redditurque* fuſum; *Et cum* Pathach, מוּצַק, Job. 36. v. 16., *Buxtorfius vertit*, anguſtum; *Alii reddunt*, fundamentum, *ad*

idem

idem יָצַק *illud referentes*: *Alia vide ſupra pag.* 481. *Cum præfix.* בְּמוּצָק, Job. 37. v. 10., in anguſtum, *juxta Buxtorfium*; *ſed juxta alios* in fundamentum: לְמוּצָק *vide ſupra pag.* 480., *item* לַמּוּצָק *vide ſupra pag.* 481. *Item* מוּצֶקֶת *f. vide ibidem*.

מָצוֹק *m.* Preſſura, anguſtia, Pſalm. 119. v. 143. *Item, juxta quoſdam, ſubſtantivè* in anguſtia exiſtens, 1. Sam. 22. v. 2. *Cum præfix.* וּבְמָצוֹק & in anguſtia, in tribulatione, Deut. 28. vv. 53. 55. 57., Jerem. 19. v. 9., *Vulg. vertit quandoq.*, in vaſtitate.

מָצוּק *m.* Situs, conſtitutus, *juxta Buxtorfium, alioſque*; *At multis eſt* locus arctus, *&* conſtrictus, *i. e.* arcte deſinens, altus, præruptus, acceſſu difficilis: הַשֵּׁן הָאֶחָד מָצוּק מִצָּפוֹן, 1. Sam. 14. v. 5., dens, *vel* ſcopulus unus ſitus, *ſive* conſtitutus *erat* ab Aquilone; *videntur iſti vocem* מָצוּק *derivaſſe à verbo* יָצַק conſtituit, collocavit: *Alii vertunt*, ſcopulus unus *erat* arctus, conſtrictus, *ſive* erat preſſura, coarctatio ab Aquilone, *i. e.* premebat, arctabat anguſtias *illas-à* ſeptentrionali parte; *Vulgat. habet*, unus ſcopulus prominens ad Aquilonem: *Item* מָצוּק *notat id, quo aliquid* conſtringitur, *&* firmatur; *unde eſt latine* firmamentum, baſis, columna, cardo: *Occurrit in plural. conſtr.* מְצֻקֵי אֶרֶץ cardines terræ, 1. Sam. 2. v. 8.

מְצוּקָה *fœm.* Anguſtia, arctatio, Job. 15. v. 24., Soph. 1. v. 15. *Plural. cum affix.* מִמְּצוּקוֹתַי de anguſtiis, *ſive, juxta Vulgat.*, de neceſſitatibus meis, Pſalm. 25. verſ. 17., מִמְּצוּקוֹתֵיהֶם, Pſal. 107. vv. 6. 19., *&* מִמְּצֻקוֹתֵיהֶם, Pſal. 107. v. 28., de anguſtiis, *& juxta Vulg.*, de neceſſitatibus eorum.

צוּר Obſedit, arctavit; inimicatus eſt, hoſtiliter egit, hoſtiliter preſſit: ligavit, colligavit, *quod à* צָרַר *mutuatum eſt*: Formavit, *quod à* יָצַר *habet*: *Conſtruitur cum Dativo, & Accuſativo*: *Item cum* אֶל, *&* עַל. *Præter.* וְצַרְתָּ הַכֶּסֶף בְּיָדְךָ, Deut. 14. v. 25., & colligabis, *ſive* colligatam pecuniam *in faſciculum* pones in manu tua; *Vulg. reddit*, & in pretium rediges, portabiſque manu tua; וְצַרְתָּ עָלֶיהָ & obſidebis, anguſtabis, oppugnabis eam, Deuter. 20. verſ. 12., Ezech. 4. v. 3. *Sed* צָרְתָה *vide infra in nomine*

mine צָרָה : *Cum affix.* אָחוֹר וָקֶדֶם צַרְתָּנִי , Pſal. 139. v. 5., retro, & ante, *i. e. omni ex parte* obſides, *ſive* obſediſti me, *q. d.*, *juxta quoſdam*, circumdediſti me *inſtar exercitus* obſidentis *urbem*, *ità ut nec procedere*, *nec retrocedere poſſim*; *Sed LXX.*, *Syr.*, *Pagninus*, *Arias Montanus*, *aliique* τὸ צַרְתָּנִי *verterunt*, formaſti, *ſive* finxiſti me; *& quidem Vulgat. duas priores dictiones ad ea, quæ præcedunt referens*, *reddit*, (cognoviſti omnia,) noviſſima, & antiqua: tu formaſti me: וְצַרְתִּי & hoſtiliter premam, *ſive*, *juxta Vulg.*, affligam, Exod. 23. v. 22., וְצַרְתִּי עָלַיִךְ מֻצָּב, Iſa. 29. verſ. 3., & obſidebo te ſtativis, *vel* ſtatione, *juxta Buxtorfium*, *alioſque*; *Sed Vulg. vertit*, & jaciam contra te aggerem: *Partic. plural.* צָרִים, *& cum præfix.* הַצָּרִים obſidentes, oppugnantes, Jud. 9. v. 31., 1. Reg. 15. v. 27., 2. Reg. 6. v. 25., 24. v. 11., Jerem. 21. v. 4, 32. v. 2., 37. v. 5., *item* hoſtiliter invadentes, *ſive* prementes, angentes, Eſth. 8. verſ. 11. *Aliud vide infra in nomine* צָר: *Infinit. cum præfix.* לָצוּר אֶל־דָּוִד ut obſideret Davidem, 1. Sam. 23. v. 8. *Imper.* צוֹר תְּעוּדָה liga teſtimonium, Iſa. 8. verſ. 16., צוּרִי obſide, Iſa. 21. verſ. 2. *Futur.* כִּי־תָצוּר אֶל־עִיר quando obſidebis, *ſive* obſederis civitatem, Deut. 20. v. 9., אַל־תָּצַר ne hoſtiliter agas, *ſive*, *juxta Vulg.*, non pugnes, Deut. 2. v. 19., *& fœm.* תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב, Iſa. 49. v. 19., anguſta, arcta eris, *vel* anguſtaberis, arctaberis ob, *ſive* propter incolam, *vel* inhabitantem, *i. e.* ob multitudinem habitantium: *Cum affix.* אַל־תְּצֻרֵם ne hoſtiliter agas in eos, *ſive* ne pugnes contra eos, Deut. 2. v. 19., יָצֵר, Iſa. 11. v. 13., *&* יָצַר־, 1. Reg. 8. v. 37., 2. Paral. 6. v. 28., *&* יָצַר, Prov. 4. verſ. 12., hoſtiliter aget, premet, pugnabit, anguſtabit, anget, arctabit; וַיָּצַר אֹתוֹ בַּחֶרֶט וַיַּעֲשֵׂהוּ, Deuter. 32. v. 4., & formavit illud *aurum* ſtylo, & fecit ex illo, *i. e.*, *ut quidam exponunt*, deſcripſit ſtylo imaginem ex auro faciendam; *ut*, *ſcil.*, *ad ſimilitudinem illius conficeretur modulus*, *in quem infunderetur aurum*; *deinde confecit ex eodem auro vitulum fuſilem*; *Alii primam verſus ejuſdem partem ita vertunt*, & ligavit, *ſeu* recondidit illud in marſupio, *vel* ſudario; *Item* & formavit, finxit, 1. Reg. 7. verſ. 15., *item*

item & ligavit, 2. Reg. 5. v. 23., & obſedit, 1. Reg. 20. v. 1., 2. Reg. 6. v. 24., 17. v. 5., 18. v. 9., 1. Paralip. 20. v. 1., Dan. 1. v. 1. *Item* hoſtiliter preſſit, anguſtavit, anguſtia fuit, 2. Paralip. 28. v. 20. *Et alia forma*, וַיֵּצֶר & anguſtia fuit, anguſtia obſedit, Gen. 32. v. 8., Jud. 2. v. 15., 2. Sam. 13. v. 2., *Fœmin.* וַתֵּצֶר & anguſtia fuit, anguſtavit, Jud. 10. v. 9., 1. Sam. 30. verſ. 6., *ſed hæc ab aliis referuntur ad Futur. in Hiph.*, *Plural.* נָצוּר arctabimus, arcte conſtringemus, compingemus, Cant. 8. v. 9., וַיָּצֻרוּ & obſederunt, 2. Sam. 11. v. 1., 20. v. 15., 1. Reg. 16. v. 17., 2. Reg. 16. v. 5., Jerem. 39. verſ. 1., *item* & ligarunt, *ſive* ligabant, *vel* colligabant, *in faſciculos ſcil.*, *pecuniam loculis* impoſitam, 2. Reg. 12. v. 11., *ubi Vulgat. reddit*, effundebantque: *Niph. Partic.* וְהַנָּצוּר & obſeſſus, Ezech. 6. v. 12., *ubi* Schurek *eſt loco* Cholem: *Fœmin.* נְצוּרָה obſeſſa, *& juxta Vulg.*, quæ vaſtatur, Iſa. 1. verſ. 8., *ibidem etiam* Schurek *eſt loco* Cholem, *ut notat Buxtorfius*; *vide & in* נצר. *Hiph.* הֵצִיר, *vel* הֵצַר preſſit, anxit, anguſtavit, anguſtia affecit; *& formam cum Hiph. verbi* צָרַר *confundit*: *Conſtruitur cum Dativo*: *Præter.* וְהֵצַר לְךָ, Deut. 28. v. 52., & premet, *ſive* anguſtia afficiet te; *Vulg. vertit*, & conterat, & obſideberis; וַהֲצֵרֹתִי & angam, anguſtiam faciam, anguſtabo, tribulabo, Jerem. 10. v. 18., Soph. 1. verſ. 17. *Partic.* מֵצַר *vide infra poſt* צרר: *Sed* מָצוֹר, מָצוֹר, *&c. vide infra inter nomina*: *Fœm.* כְּלֵב אִשָּׁה מְצֵרָה, Jerem. 48. v. 41., 49. v. 22., ſicut cor mulieris, cui eſt anguſtia, *ſive* tribulatio; *Sed LXX.*, *Vulg.*, *& alii*, τὸ מְצֵרָה *ad* צִיר *referentes*, *verterunt*, quaſi cor mulieris parturientis, *ſive* dolores partus patientis: *Infinit.* וּבְעֵת הָצֵר לוֹ, 2. Paral. 28. verſ. 22., & in tempore arctari, premi, (*intranſitive*), *i. e.* tempore, quo ipſe premebatur, arctabatur; *Vulgat. vertit*, & tempore anguſtiæ ſuæ; *Cum præfix.* וּכְהָצֵר לוֹ, 2. Paral. 33. v. 12., & cum premeretur, arctaretur ipſe, *ſive*, *juxta Vulg.*, qui poſtquam coanguſtatus eſt: *Futur. pulr.* וַיָּצֵרוּ לָהֶם, Nehem. 9. v. 27., & anguſtia affecerunt, afflixerunt eos. *Hithp. Futur. plural. in pauſa* וַיִּצְטַיָּרוּ, Joſ. 9. v. 4., *varie redditur*;

tur; Recentiores plurimi, & Hebræi omnes, dictionis hujus ſenſum à nomine צִיר *derivantes, vertunt*, & legatos ſe ſe fecerunt, *ſeu* geſſerunt, *id eſt, ut quidam exponunt*, finxerunt; *Sed LXX., legentes* וַיִּצְטַיָּדוּ, *cum* ד *ſcilicet, loco* ר, *reddiderunt*, ἐπεσιτίσαντο, *vel, ut alii volunt*, ἐπισιτίσαντο inſtituerunt, *ſive* paraverunt cibaria; *quem quidem ſenſum ſunt ſequuti Auctores verſionum Syriacæ, Arabicæ, & Chald Jon., Vulg. autem habet*, tulerunt ſibi cibaria.

צור *m. Eſt*: I Rupes, *proprie* acuta, & prærupta: *Metaphoricè ſignificat quid* firmum, forte, ſolidum, petram, lapidem, ſaxum, locum tutum, *ſive* refugium, præſidium, robur; *item rei* principium, *prout lapides ex* rupe exſcinduntur, &, *cum Deo tribuitur*, conditorem, creatorem, cuſtodem, ſervatorem, auxiliatorem; II. Acies, acumen, *cultri ſcil., vel gladii*: מֵחַלְמִישׁ צוּר de petra rupis, *i. e.* duriſſima, Deut. 32. v. 13., וּמִי צוּר זוּלָתִי אֱלֹהֵינוּ & quis firmus, *ſive* fortis præter Deum noſtrum? Pſalm. 18. v. 32., צוּר־עֻזִּי præſidium, auxilium roboris, *vel* fortitudinis meæ, Pſalm. 62. v. 8., צוּר־לְבָבִי præſidium, robur cordis mei, Pſal. 73. v. 26., צוּר יְלָדְךָ תֶּשִׁי, Deut. 32. verſ. 18., principii, *quod* genuit te, oblivifceris; *Vulg. vertit*, Deum, qui te genuit, dereliquiſti, אַף־תָּשִׁיב צוּר חַרְבּוֹ, Pſalm. 89. verſ. 44., etiam retudiſti aciem gladii ejus; *Vulg. habet*, avertiſti adjutorium gladii ejus; *Cum præfix.* הַצּוּר petra, Exod. 17. v. 8., *&c.*, בַּצּוּר in rupe, in petra, *i. e.* in loco firmo, tuto, Pſal. 37. v. 5., 61. v. 3., בַּצּוּר in petra, in ſilice, Exod. 17. verſ. 6., Job. 19. v. 24., וּבְצוּר & pro petra, Job. 22. v. 24., הֱיֵה לִי לְצוּר מָעוֹז, Pſalm. 31. v. 3., eſto mihi in petram fortem, *ſive* ut petra fortis; *Vulgat. reddit*, eſto mihi in Deum protectorem; מִצּוּר è rupe, de petra; מִצּוּר הַחַלָּמִישׁ, Deut. 8. v. 15., è rupe petræ, *id eſt*, duriſſima: *Cum affix.* צוּרִי fortis meus, fortitudo mea, auxilium meum, 2. Sam. 22. vv. 3. 47., Pſalm. 18. vv. 3. 47., כִּי לֹא כְצוּרֵנוּ צוּרָם, Deut. 32. verſ. 31., quia non ſicut refugium, *ſive* præſidium noſtrum, præſidium eorum, *i. e.*, *ut optime exponit Vulg.*, non enim eſt Deus noſter, ut dii eorum; *Sed ibidem* v. 30. צוּרָם cuſtos, ſervator, *& juxta*

Vulg.

Vulg. Deus eorum, *vel* ſuus; *&* Pſal. 78. v. 35., auxiliator, adjutor eorum; *Aliud* צוּרָם *vide infra in* צוּרָה; צַוָּרָם *vide infra in* צַוָּאר; צִירָם *vide infra in* צִיר; *Plural.* צֻרִים, *&* הַצֻּרִים rupes, petræ, Numer. 23. v. 9., Pſalm. 78. v. 15., Iſa. 2. vv. 19. 21., Nahum. 1. v. 6., *Sed* חַרְבוֹת צֻרִים, Joſ. 5. vv. 2. 3., *reddendum*, cultros acierum, *i. e.*, acutos, *vel* cultros petrarum, *i. e.* ſaxeos, *ſive* lapideos, *ut habet Vulg.*, חֶלְקַת הַצֻּרִים, 2. Sam. 2. v. 16., ager acierum, *id eſt* enſium, *juxta quoſdam*; *ab aliis redditur*, ager rupium, *id eſt* robuſtorum, *vel* fortium, *locus ſcilicet, ubi juvenes, de quibus ibidem habetur ſermo, inſtar* rupium *ſortiter in pugna reſtiterunt.*

צוּר Tzúr, *& juxta Vulg.* Sur, *nom. propr. virorum*, Num. 25. v. 15., 31. v. 8., Joſ. 13. v. 21., 1. Paral. 8. v. 30., 9. v. 36.

צוֹר Tzór, *& juxta Vulg.* Tyrus, *nom. propr. civitatis maritimæ*, Joſ. 19. v. 29., Iſa. 23. v. 1.

צֹר *m. Vide verſus finem hujuſce radicis pag.* 1169.

צַוָּאר *m.* Collum *ſic dictum, quod oneribus* arctatur, *&* premitur, *ſive, juxta alios, quod* torquibus, & collaribus ligari *ſoleat*, Iſa. 8. verſ. 8., 30. verſ. 28. *Cum præfix.* בְּצַוָּאר, Job. 15. v. 26., in collum, *i. e.*, *juxta quoſdam, ut eum interimat, & præſocet; alii reddunt*, collo, *ſcil. duro, vel erecto, q. d. faſtuoſè, ſummâ celeritate, & impetu*; תְּדַבְּרוּ בְצַוָּאר עָתָק, Pſalm. 75. v. 6., (ne) loquamini collo pingui, *vel* præfracto, duro, *i. e. cum faſtu, & ſuperbè*; *LXX.*, *& Vulg. verterunt*, nolite loqui adverſus Deum iniquitatem; *hi propterea vel ſenſum tantum ſunt ſequuti, vel, pro* צַוָּאר, *legerunt* צוּר, *quod Dei epithetum eſt*: *Conſtr.* צַוַּאר collum, Jerem. 28. vv. 10. 11. 12. 14. *Cum affix.* צַוָּארִי collum meum, Thren. 1. v. 14., צַוָּארֵנוּ collum noſtrum, *ſive* cervix noſtra, Thren. 5. verſ. 5., צַוָּארְךָ *m.*, Geneſ. 27. v. 40., *&* צַוָּארֵךְ *f.*, Cant. 1. v. 10., collum tuum; צַוָּארוֹ, Gen. 41. v. 42., *&* צַוָּארָהּ, Hoſe. 10. verſ. 11., collum ejus, *vel* ſuum; בְּצַוָּארוֹ in collo ejus, Job. 41. verſ. 14., *item abſque* א *epenthetico, ſive protractivo, ut Hebræi volunt, videl.* צַוְּרָם collum ſuum, *vel* ipſorum, Nehem. 3. verſ. 5. *Plur. conſtr.* צַוְּארֵי

 colla,

colla, Geneſ. 45. v. 14., בְּצַוְּארֵי in collis, Jud. 8. v. 21., לְצַוְּארֵי שָׁלָל, Jud. 5. verſ. 30., *erunt* collis, *vel* in collo ſpolii, *ſive* prædæ, *i. e.*, *ut multi exponunt*, *dabuntur principi exercitus*, *nempe Siſaræ*, *ſive ducibus*, *vel ſtrenuè pugnantibus*, *ad quos ſcil. optima* præda *pertinet*; *Vulg. reddit*, ad ornanda colla congeritur: *Cum affix.* צַוְּארֵיכֶם colla veſtra, Jerem. 27. v. 12., צַוָּארָיו, Geneſ. 27. v. 16., 45. v. 14., 46. v. 29., *&* *absque* Jod, *nota plur.*, *juxta Maſſorethas*, *ità* צַוָּארָו, Geneſ. 33. verſ. 4., colla ejus, *&* *de* uno *homine dicitur*; *Kimchius in lib. Rad. arbitratur*, *eſſe duale*, *ac propterea reddendum*, utrumque latus colli ipſius; עַל־צַוְּארֵיהֶם ſuper colla ipſorum, Joſ. 10. v. 24. *Plur. fœm. cum affix.* צַוְּאוֹתֵיכֶם colla veſtra, Mich. 2. verſ. 3.

צַוַּאר *Chald.* Collum; *Inde cum affix.* עַל־צַוְּארָךְ ſuper collum tuum, Dan. 5. v. 16., עַל־צַוְּארֵהּ ſuper collum, *vel* in collo ejus, Dan. 5. v. 7.

צוּרָה *f.* Forma: *Conſtr.* צוּרַת forma, Ezech. 43. verſ. 11. *Cum affix.* צוּרָתוֹ forma ejus, *&* *juxta Vulg.* deſcriptiones ejus, Ezech. 43. v. 11., צוּרָם, *juxta Maſſor.*, Pſal. 49. v. 15., *vide infra in* צִיר: *Plural.* צוּרוֹת formæ; *ſed cum præfix.* בַּצּוּרוֹת, Job. 28. v. 10., in rupibus, in petris: *Cum affix.* צוּרֹתָו, *pro* צוּרֹתָיו formæ ejus, Ezech. 43. v. 11., *ubi Vulgat. in ſingulari reddit*, deſcriptionem ejus. *Vide & paullò ante in* צור.

צַוְּרוֹן *m.* Collulum; *litera ſiquidem* Nun *in fine addita ceteris radicalibus format diminutivum*, *quaſi blandientium*: *Sed quibuſdam aliis τὸ* צַוְּרוֹן *eſt* collare, monile, *&* *quidem*, *ut formæ*, eximium, *à* ligando *dictum* צַוְּרוֹן: *Plur. cum affix.* מִצַּוְּרֹנָיִךְ, Cantic. 4. v. 9., è collulis, *ſive* faucibus tuis; *&* *juxta alios* è collariis, *ſive* monilibus tuis; *Aq.*, *atque Vulg. vertunt*, (in uno crine) colli tui.

צִיר *m. Eſt* I., *&* *propriè*, anguſtia, cruciatus, dolor, tormina: *Occurrit hoc in ſenſu in plur.* צִירִים dolores, *graviſſimi ſcil.*, *quales parturientium*, *ſic dicti*, *quod* coarctent, *&* conſtringant *corpus*, Iſa. 13. v. 8., 21. v. 3. *Conſtr.* כְּצִירֵי ſicut dolores, Iſa. 21. v. 3. *Cum affix.* צִירֶיהָ, 1. Samuel. 4. v. 19., *ubi in multis accuratis codicibus ſcribitur abſque* Jod,

Jod, *itâ* צָרֶיהָ, dolores ejus: II. Cardo, *januæ ſcil.*, *q. d.* ligatura januæ: *Cum affix.* עַל־צִירָהּ, Prov. 26. verſ. 14., ſuper cardinem ſuum: III. Legatus, nuntius, *ideo* צִיר *dictus, quod in eo rerum agendarum* cardo *vertatur, uti Buxtorſio videtur, ſive, juxta alios, dictus à* celeriter eundo: *Occurrit* Prover. 13. verſ. 17., 25. verſ. 13., Jerem. 49. verſ. 14., Abd. 1. v. 1. *Plur.* צִירִים legati, nuntii, Iſa. 18. v. 2. *Cum affix.* צִירַיִךְ, Iſa. 57. v. 9., legati tui: *Inde derivant multi verbum in Hitbp.* הִצְטַיֵּר, *quod vide ſupra in* צור: IV. Vertebræ, ligatura oſſium, compages: *Plur. cum affix.* צִירַי, Dan. 10. verſ. 6., ligaturæ oſſium, *ſive* compages meæ: V. Forma, imago: *Cum affix.* וְצִירָם, Pſalm. 49. v. 15., *itâ ſcribitur in accuratis codicibus, in quibuſdam aliis legitur* וְצִירָם, & figura, *ſive* forma eorum, *juxta Pagninum, alioſque; Sed Maſſorethæ ibidem monent legendum* וְצוּרָם, *& à Vulg. redditur* & auxilium eorum, *quaſi à* צור petra, *i. e.* præſidium; *Plur.* חָרָשֵׁי צִירִים, Iſa. 45. v. 16., artifices imaginum, *ſive* idolorum; *Vulg. reddit*, fabricatores errorum.

צֹר *m.* Acies, culter acutus, *& juxta Vulg.*, *alioſque* acutiſſima petra, Exod. 4. v. 25. *Cum præfix.* מִצֹּר præ rupe, *ſive* petra, ſilice, Ezech. 3. v. 9.

צֹר Tzór, *& juxta Vulgat.* Tyrus, *idem ac ſupra* צור, *quod vide*, Ezech. 26. v. 2.

צֵר Tzér, *& juxta Vulgat.* Ser, *nom. propr. urbis in Tribu Nephthali*, Joſ. 19. v. 35.

צַר, *&* צָר *m.* *Eſt* I. Anguſtia, preſſura, tribulatio: צַר־לִי anguſtia, angor, dolor mihi, 2. Sam. 1. v. 26., מִפִּי־צָר de anguſtia, Pſalm. 78. v. 42. *Cum præfix.* בַּצַּר, Deuter. 4. v. 30., Pſalm. 18. v. 7., *&* בַּצָּר, Pſalm. 4. v. 2., *item* בְּצַר, Job. 7. v. 11., jn anguſtia, in tribulatione; מִצָּר, Pſalm. 32. v. 7., à tribulatione: II. Anguſtus, arctus, compreſſus, Numer. 22. v. 26., 2. Reg. 6. v. 1., Job. 41. v. 7., Prov. 24. v. 10., בְּמָקוֹם צָר in loco anguſto, Numer. 22. v. 26., צַר־לִי הַמָּקוֹם anguſtus mihi locus, Iſa. 49. v. 20., כַּנָּהָר צָר inſtar fluvii anguſti, *id eſt cum magna celeritate, magnoque impetu, ut ſolent flumina* coarctata, Iſa. 59. v. 19., *ubi Vulg. habet*, quaſi fluvius

violentus; *ità ibidem* 63. v. 9., *ſed à multis redditur* coarctatus, anguſtatus, & *à Vulg.* tribulatus: III. Adverſarius, hoſtis, *quaſi* angens, & arctator *dictus*, Pſalm. 74. v. 10., 78. v. 61., 107. v. 2., לְעֵת צָר in tempus hoſtis, Job. 38. v. 23., מִנִּי־צָר ab hoſte, Pſalm. 44. v. 11. *Cum præfix.* הַצָּר hoſtis, Eſth. 7. v. 4., Zachar. 8. v. 10., *item* עַל־הַצַּר contra hoſtem, Num. 10. verſ. 9., כְּצָר quaſi hoſtis, Thren. 2. v. 4. *Sed* מֵצַר, & הַמֵּצַר *vide infra poſt* צָרָה: *Cum affix.* צָרִי hoſtis meus, Job. 16. v. 9. *Plur.* צָרִים hoſtes; Thren. 1. v. 7. *Sed* הַמְּצָרִים *vide infra poſt* צָרָה: *Conſtr.* צָרֵי hoſtes, Jerem. 48. verſ. 5., מִצָּרֵי *vide infra poſt* צָרָה: *Cum affix.* צָרָי, *item* צָרַי hoſtes mei, Pſal. 3. v. 2., 27. v. 2., &c., לְצָרָי hoſtibus meis, Deut. 32. v. 41., מִצָּרַי ab hoſtibus, *ſive, juxta Vulg.*, ſuper hoſtibus meis, Iſa. 1. v. 24., צָרֵינוּ hoſtes noſtri, Pſal. 44. verſ. 6., לְצָרֵינוּ adverſariis noſtris, Joſ. 5. verſ. 13., מִצָּרֵינוּ de hoſtibus noſtris, Pſalm. 44. v. 8., צָרֶיךָ *m.*, Geneſ. 14. verſ. 20., צָרַיִךְ, & *in pauſa* צָרָיִךְ *f.*, Jerem. 30. v. 16., Thren. 2. v. 17., hoſtes tui; לְצָרֶיךָ hoſtibus tuis, Iſa. 64. v. 1., צָרָיו hoſtes, iuimici ſui, Pſal. 78. v. 76., בְּצָרָיו in hoſtibus ſuis, Pſalm. 112 v. 8, כְּצָרָיו quaſi hoſtes ſui, Job. 19. v. 11., לְצָרָיו hoſtibus ſuis, Deuter. 32. verſ. 43., מִצָּרָיו ab hoſtibus ſuis, *vel* ejus, Deut. 33. v. 7., צָרֶיהָ *f.*, hoſtes ejus, Thren. 1. v. 5., צָרֵיהֶם, Pſalm. 81. verſ. 15., &c., & *cum affix. poetico*, צָרֵימוֹ, Deut. 32. verſ. 27., inimici, hoſtes eorum: IV. Rupes, *quæ propriè* צור *dicitur*; *occurrit cum præfix.*, *ut ſequitur*, כַּצַּר, Iſa. 5. verſ. 28., ſimiles rupi, ut rupes, *ſive, juxta Vulg.*, ut ſilex.

צָרָה *f. Eſt* I. Anguſtia, preſſura, anxietas, 1. Sam. 26. v. 24., 2. Sam. 4. v. 9., &c. *Cum præfix.* הַצָּרָה anguſtia, Geneſ. 42. v. 21., בַּצָּרָה, Pſalm. 9. v. 10., & בְּצָרָה, Pſalm. 91. v. 15., in anguſtia, in tribulatione; לְצָרָה in anguſtia, Prov. 17. verſ. 11., מִצָּרָה de anguſtia, Pſalm. 43. v. 11. *Conſtr.* צָרַת anguſtia, Gen. 42. v. 21., & *cum* ה *paragog. intenſivo*, בַּצָּרָתָה, Pſalm. 120. v. 1., in anguſtia magna (mihi, *i. e.* mea); *Cum affix.* צָרָתִי anguſtia mea, Geneſ. 35. verſ. 3., Pſal. 73. v. 3., 86. v. 7., 142. v. 3.,

v. 3., בְּעֵת צָרַתְכֶם in tempore anguſtiæ veſtræ, Jud. 10. v. 14., מִצָּרָתוֹ ab anguſtia ipſius, Iſa. 46. v. 7., בְּכָל־צָרָתָם in omni anguſtia eorum, Iſa. 63. verſ. 9. *Plural.* צָרוֹת, & הַצָּרוֹת anguſtiæ, preſſuræ, Deut. 31. vv. 17. 21., Job. 5. v. 19., Pſal. 25. v. 17., 71. v. 20., Iſa. 65. v. 16., בְּצָרוֹת in anguſtiis, Pſal. 46. v. 2., מִצָּרוֹת ab anguſtiis, Prov. 21. v. 23. *Cum affix.* מִצָּרֹתֵינוּ ex anguſtiis noſtris, 2. Paral. 20. v. 9., וְצָרֹתֵיכֶם & (de) anguſtiis veſtris, 1. Paral. 10. verſ. 19., מִכֹּל צָרוֹתָיו de omnibus anguſtiis ſuis., Pſal. 25. v. 22., 34. v. 7., *& abſque* Jod, וּמִכָּל־צָרוֹתָם, Pſalm. 34. verſ. 18., & ex omnibus anguſtiis eorum: II. Arcta, anguſta: וּבְאֵר צָרָה & puteus anguſtus, Prov. 23. v. 27., וְהַמַּסֵּכָה צָרָה, Iſa. 28. v. 20., & operimentum anguſtum, *vel* anguſtius; *Vulg. reddit*, & pallium breve: III. Inimica, æmula, *quaſi* arctatricem, *vel* angentem *dicas*: *Conſtr.* צָרַת; *Inde cum affix.* צָרָתָהּ æmula ejus, 1. Sam. 1. v. 6.

מֵצַר *m.* Anguſtia, preſſio, arctatio: *Cum præfix.* מִן־הַמֵּצַר de anguſtia, Pſalm. 118. v. 5. *Plural.* בֵּין הַמְּצָרִים inter anguſtias, Thren. 1. verſ. 3. *Conſtr.* וּמְצָרֵי & anguſtiæ, Pſalm. 116. verſ. 3., *ubi Vulg. reddit*, & pericula; *Hæc tamen à multis referuntur ad Radicem* צָרַר.

מָצוֹר *m. Eſt* I. Anguſtia, preſſura: *Cum præfix.* בְּמָצוֹר in anguſtia, Deut. 28. v. 53., *& ita, juxta quoſdam*, vv. 55. 57., *qui ibidem ſequuntur*, & Jerem. 19. v. 9., *quibus tamen in poſtremis locis à Vulgat., aliiſque redditur* in obſidione: II. Obſidio, Deut. 20. v. 20., 2. Reg. 19. verſ. 24., *Cum præfix.* יְמֵי הַמָּצוֹר dies obſidionis, Ezech. 5. v. 2., בַּמָּצוֹר, Deut. 20. v. 19., Jerem. 10. v. 17., 52. v. 5., in obſidionem: *Conſtr.* וְאֶל־מְצוֹר, Ezech. 4. verſ. 7., & ad obſidionem: III. *Metonymice eſt* munitio, præmunitio obſidionalis, *ipſum* propugnaculum, *ſive* vallum, *quo ſit* obſidio, *vel potius quivis* locus munitus, *ſive* urbis *ipſius*, *ſive ab hoſtibus adverſus urbem extructus*, *ut quidam cum Vitringa obſervarunt*; יְאֹרֵי מָצוֹר, 2. Reg. 19. v. 24., rivi muniti, *vel* qui pro munitione ſunt; *Vulg. reddit*, aquas clauſas; עָרֵי מָצוֹר, 2. Paral. 8. v. 5., civitates munitionis, *ſive* propugnaculi; בְּעִיר מָצוֹר, Pſalm.

31. v. 22., in civitate munita; *Cum præfix.* בַּמָּצוֹר munitione, propugnaculo, 2. Reg. 24. v. 10., 25. v. 2., לְמָצוֹר, 2. Paral. 11. v. 5., ad munitionem, *i. e.* munitæ *civitates*.

מָצוֹר *m.* Obſidio: *Inde cum affix. in pauſa* יְמֵי מְצוּרֶךָ dies obſidionis tuæ, Ezech. 4. verſ. 8., *ubi multi codices habent* מְצוּרֶיךָ, *ex forma ſcilicet plurali, ſive cum* Jod, *multitudinis nota*.

מְצוּרָה *f.* Munitio, munimentum, Nahum. 2. verſ. 2., וַיִּבֶן עָרֵי מְצוּרָה & ædificavit urbes munitionis, *ſive, juxta Vulgat., alioſque*, munitas, 2. Paral. 14. v. 5. *Plur.* מְצוּרוֹת, 2. Paralip. 11. v. 10., 21. v. 3., (civitates) munitionum, *i. e.* munitæ; וַהֲקִימֹתִי עָלַיִךְ מְצֻרֹת, Iſa. 29. v. 3., & ſtatuam, *ſive* erigam contra te munitiones, *ſive* turres *ambulatorias, quibus ſcil. olim milites obſidentes utebantur*: *Cum præfix.* הַמְּצוּרוֹת, 2. Paral. 11. v. 11., *&* הַמְּצֻרוֹת, 2. Paral. 11. v. 23., 12. v. 4., munitiones.

צות Incendit, ſuccendit. *Inde Hiph. futur. cum affix., &* Nun *epenthet.* אֲצִיתֶנָּה, Iſa. 27. v. 4., incendam, ſuccendam eam. *Buxtorfius, & alii pro hujuſce dictionis radice ſtatuunt* צִית.

* צַוֵּרֹת, מְצֻוַּת, *&c. Dictiones compoſitæ, quas vide in* מִצְוָה *pag.* 1159. *Sed* צִוִּיתִים, צִוִּיתֶם *vide in* צָוָה *pag.* 1158.

* צֻוְּתָה *Vide ſupra in* צָוָה *pag.* 1157.

צִיחָא Tzihhà, *& juxta Vulg.* Siba, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 43., *item nom. propr. unius è locis, in quibus habitabant Nathinæi*, Nehem. 11. v. 21., *ubi Vulg. reddit*, Siaha.

צחה *Radix Hebræis inuſit., videtur autem ſignificaſſe*, ſicceſcit: *Chald. ſonat*, ſitiit. *Inde ſunt*

צִחֶה *maſc.* Arens, aridus, ſiccus, ſiticuloſus: *Conſtr.* צְחֵה צָמָא, Iſa. 5. verſ. 13., arens ſiti: *Sunt, quibus* צִחֵה *eſt Præter. in Pih., redditurque*, ſicceſcit, *pro* ſicceſcet ſiti, *i. e.* peribit ſiti; *Vulg. vertit*, ſiti exaruit: *Plural.* צָחוּ *vide infra in* צָחַח: *item* צַחָה, *& inde plur.* צַחוֹת *vide infra poſt* צָחַח.

צַח *m.* Siccus, aridus, *&c:, ſic* רוּחַ צַח ventus ſiccus, *ſive, juxta Vulg.*, urens, Jerem. 4. v. 11., *Aliud vide poſt radicem*

dicem צָחָה, *quæ mox ſequitur*, *& ad quam Buxtorfius*, *aliique referunt*, *quæ hactenus expoſita ſunt*.

צחח Candidus, nitidus, ſerenus fuit: *Item* aruit; arida *enim*, *&* glabra nitorem *referunt*; *vel ſenſum hunc mutuatur à* צָחָה, *ſive à ſignificatione radicis Syr.*, *Nam Arabibus eſt*, clarus fuit; *Syris vero eſt*, æſtuavit, incaluit, *ut notat Joa. Simon*: *Præter. plur.* צַחוּ מֵחָלָב, Thr. 4. v. 7., candidi, nitidi fuerunt præ lacte, *id eſt* candidiores, *ſive* nitidiores erant lacte: *Plur.* צְחְחִיים *vide infra in* צָחִיחַ.

צָחִיחַ *m.* Nitor, nitidum, *i. e.* læve, *juxta multos*; *ſed aliis eſt* ariditas; *& metonymice* arduus, eminens locus, *petræ ſcil.*, *vel montis*, *qui*, *naturâ ſuâ* aridus, *&* glaber *exiſtens*, nitorem *refert*, *ut notat Buxtorfius*: עַל־צְחִיחַ סָלַע, Ezech. 24. vv. 7. 8., in loco arduo petræ, *juxta Buxtorfium*; *Alii reddunt*, ſuper ariditatem, *vel* nitorem petræ, *i. e.* ſuper nitidam, *ſive* lævem petram; *Vulgat. habet*, ſuper limpidiſſimam petram: *Cum præfix.* לִצְחִיחַ סֶלַע, Ezech. 26. vv. 4. 14., in nitorem petræ, *i. e.* in nitidam, *& juxta Vulgat.* in limpidiſſimam petram: *Plural.* מֵאַחֲרֵי לַחוֹמָה בַּצְּחִחִיים, Nehem. 4. v. 7., poſt murum in locis arduis, *ſive*, *juxta alios*, in locis aridis, *&* ſaxoſis, *vel* in verticibus, in ſummitatibus ſaxorum; *Vulg. reddit*, poſt murum per circuitum: *Scribitur cum metatheſi* Jod, *videlicet* צְחְחִיים, *vel*, *ut quidam habent codices*, צְחִיחִיִּים, *tamquam à ſingulari* צְחִיחִי, *cum* Jod *gentilitio*, *q. d.* quod eſt ex genere, *&* claſſe ſaxorum; *vel forma compoſita ex* צחח, *&* צחה, *ut animadvertit Joa. Simon*.

צְחִיחָה *f.* Ariditas, *ſive* ſiccitas, locus aridus, *&* ſiticuloſus: שָׁכְנוּ צְחִיחָה, Pſalm. 68. verſ. 7., habitant in loco arido, *ſive* ſiticuloſo; *LXX.*, *& Vulgat. reddunt*, qui habitant in ſepulcris.

צַח *m.* Candidus, nitidus, ſerenus: דּוֹדִי צַח dilectus meus candidus, Cant. 5. v. 10., כְּחֹם צַח, Iſa. 18. verſ. 4., ut æſtus ſerenus, *ſive* nitidus; *in hunc ſenſum etiam accipitur a Buxtorfio*, *& quibuſdam aliis apud* Jer. 4. v. 11., *quod tamen vide ſupra poſt* צחה.

צַחָה *f. Inde plur.* לְדַבֵּר צַחוֹת, Iſa. 32. v. 4., ad loquendum nitida,

nitida, *ſive* clara, diſtincta, articulata; *Vulg. vertit*, loquetur & plane.

צַחְצָחָה *f.* Siccitas, *ſive* ariditas ſumma: *Plur.* וְהִשְׂבִּיעַ בְּצַחְצָחוֹת נַפְשֶׁךָ, Iſa. 58. verſ. 11., & ſatiabit in ſiccitatibus, *i. e.* in ſumma ariditate, animam tuam, *ſive* corpus tuum, teipſum; *Vulg.*, *& alii reddunt*, & implebit ſplendoribus animam tuam.

צָחַן *Radix Hebræis inuſit. Eſt autem Syris*, ſordidus fuit. *Inde, ut notat Joa. Simon, eſt Hebr.*

צַחֲנָה *fæm.* Putor, putredo, fœtor: *Cum affix.* וְתַעַל צַחֲנָתוֹ, Joel. 2. verſ. 20., & aſcendet putor, *ſive* fœtor, putredo ejus.

* צַחְצָחָה *Vide paullo ante poſt* צָחַח.

צָחַק Riſit, arriſit: *Præter. fæm.* צָחֲקָה riſit, Gen. 18. v. 13., צָחָקְתְּ riſiſti, Geneſ. 18. verſ. 15., צָחַקְתִּי riſi, Geneſ. 18. v. 15. *Futur.* יִצְחַק־לִי arridebit mihi, ridebit de me, Geneſ. 21. verſ. 6. *Hinc* יִצְחָק Iſaac, *à* riſu *dictus eſt*; וַיִּצְחָק & riſit, Geneſ. 17. verſ. 17., וַתִּצְחַק & riſit, Geneſ. 18. verſ. 12. *Pih.* צִחֵק irriſit, luſit, illuſit, colluſit, jocatus eſt: *Conſtruitur cum* ב, *&* ל. *Particip.* מְצַחֵק irridentem, *& juxta Vulg.* ludentem (*vidit*), Geneſ. 21. v. 9. *Cum præfix.* כִּמְצַחֵק quaſi ludens, jocans, Geneſ. 19. verſ. 14., *Infin.* לְצַחֶק בִּי ut illudat, *ſive* illuderet mihi, Geneſ. 39. v. 17., לְצַחֶק בָּנוּ ut illuderet nobis, Geneſ. 39. verſ 14., *ità* Exod. 32. v. 6. *Futur.* וַיְצַחֵק לִפְנֵיהֶם & luſit ante illos, Jud. 16. v. 25.

צְחוֹק *m.* Riſus, Geneſ. 21. verſ. 6., לִצְחוֹק in riſum, Ezech. 23. verſ. 32.

צָחַר *Radix inuſit.*, *quæ* candoris *ſenſum habuiſſe, ex iis, quæ ab illa dimanant, quæque mox ſequuntur, infert optime Joa. Simon.*

צַחַר Candor, nitor: *Iude in pauſa* וְצֶמֶר צָחַר, Ezech. 27. v. 18., & lana nitoris, *ſive* candoris, *id eſt* candida, nitida; *Vulg. vertit*, in lanis coloris optimi.

צֹחַר Tzohhar, *& juxta Vulg* Iſaar, Seor, Sohar, Soar, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 23. v. 8, 46. v. 10., *&c.*

צְחֹרָה *f.* Alba, candida: *Plural.* רֹכְבֵי אֲתֹנוֹת צְחֹרוֹת, Jud. 5. v. 10., equitantes *in* aſinis candidis, *ſive, juxta quoſdam*, ſubal-

ſubalbis, *vel* rubidis, *aut* albo, *&* rubro diſtinctis; *Vulgat. reddit*, qui aſcendiſtis ſuper nitentes aſinos.

* צְוָחַת *Dictio conſtr.*, *quam vide ſupra in* צְוָחָה *pag.* 1160.

* יִצְטַבַּע *Vide ſupra in* צְבַע *Chald.*

* הִצְטַיֵּר; *Inde Præter. plur.* הִצְטַיָּרְנוּ *vide ſupra* צור.

* נִצְטַדָּק *Vide ſupra in* צָדַק *pag.* 1151.

* הִצְטַיֵּר *Vide ſupra in* צור.

צִיָּה Aridus, ſiccus fuit, aruit, exaruit: *Radix Hebræis inuſit. Inde ſunt*

צִיַּת *f.* Siccitas, ariditas, Job. 24. v. 19., *unde* terra צִיָּה ariditatis, *i. e.* arida, *&* *juxta Vulg.* deſerta, Pſalm. 63. v. 2. *Metonymice eſt* locus aridus, ſiccus, ſiticuloſus, deſertum, ſolitudo, Job. 30. v. 3., Iſa. 41. v. 18. *Cum præfix.* בַּצִּיָּה in loco arido, *ſive* in ſolitudine, *&* *juxta Vulg.* in inaquoſo, Pſalm. 78. v. 17., *Plur.* בַּצִּיּוֹת per ſiticuloſa, per arida loca, Pſalm. 105. v. 41.

צִי *maſc. Eſt*: I. Navis, *quæ ideo* צִי *dicta quibuſdam videtur*, *quod in ipſis aquis* ſicca *maneat*; *Alii etymologiam derivant à radice* נצה: וְצִי אַדִּיר, Iſa. 33. verſ. 21., & navis, *ſive* trieris magna, *vel* magnifica, nobilis; *Plur.* צִיִּים naves, trieres, Dan. 11. verſ. 30., *&* *contractè* וְצִים מִיַּד כִּתִּים, Num. 24. v. 24., naves à parte Chittim; *Vulg.*, *aliique vertunt*, naves, *ſive* trieres de Italia; *quam quidem vocis* כִּתִּים *expoſitionem multis probat Bochartus in* Geographia ſacra lib. 3. cap. 5., *videantur tamen*, *quæ contra eundem*, *vocem* כִּתִּים *de ſola* Italia *exponentem*, *proferunt alii*, *&* *præcipue Calmet comment. in* Geneſ. cap. 10. *Cum præfix.* בַּצִּים, Ezech. 30. verſ. 9., in navibus, in trieribus: II. Aridus, deſertus, ſiticuloſus locus: *Plur.* צִיִּים loca arida, ſiticuloſa, deſerta: *Metonymicè*, locorum aridorum, *ſive* deſertorum incolæ, *tam* homines, feri *ſcil.*, *&* barbari, *quam* beſtiæ, *item* feræ: לְפָנָיו יִכְרְעוּ צִיִּים, Pſalm. 72. v. 9., coram illo procident habitatores, *ſive* incolæ deſerti, *id eſt* accolæ maris rubri, *&* ichthyophági, *uti videtur Bocharto in* Phaleg; *LXX.*, *Aq.*, *Sym. ſunt* Αἰθίοπες, *Vulg.* Æthiopes: *Sed* Iſa. 13. v. 21., 34. v. 14., Jerem. 50. v. 39. τὸ צִיִּים *ſunt* beſtiæ, *id eſt* feles feri, *ſive* ſylveſtres, *uti vult Bochartus in* Hieroz. Part. I. lib. 3. cap.

3. cap. 14., *Vulg. duobus poſtremis in locis reddit* dæmonia, dracones: *Cum præfix.* לְעָם לְצִיִּים, Pſal. 74. v. 14., populo deſerti accolæ, *&* *juxta Vulg.* Æthiopum.

צָיוֹן *maſc.* Locus aridus, *&* *quidem* valde, ariditas magna, *propter ſcil.* Nun *additum, quod eſt* augmenti *ſignum*, Iſa. 25. v. 5., 32. v. 2. *Hinc*

צִיּוֹן Tzión, *&* *juxta Vulg.* Sion, *nom. propr.* montis *à* ſiccitate loci *ità appellatus: In ejus montis vertice erat arx conſtructa, quæ à Davide capta, civitas Davidis eſt vocata*, 2. Sam. 5. v. 7. *Vide quod ſequitur.*

צָיַן *Radix Hebræis inuſit. Unde Chald. Pah.* צַיֵּן ſignavit; *&* *inde etiam nom. Hebr.*

צִיּוּן *m.* Signum, monumentum *quodlibet* ſepulchrale, tumulus, titulus, *ità* Ezech. 39. v. 15. *Cum præfix.* מָה הַצִּיּוּן quid iſtud ſignum? 2. Reg. 23. v. 17. *Plur.* צִיֻּנִים monumenta, ſigna, Jerem. 31. v. 21., *ubi Vulg. in ſingulari reddit* ſpeculam.

צִיץ Floruit, effloruit: *Præterit.* צָץ הַמַּטֶּה effloruit virga, Ezech. 7. v. 10. *Hiph.* הֵצִיץ floruit, effloruit, proſpexit, oſtendit ſe: *Partic.* מֵצִיץ מִן־הַחֲרַכִּים effloreſcens, *i. e.*, emicans, promicans è clathris, *vel* cancellis, Cantic. 2. v. 9., *Vulg.*, *&* *alii ibidem reddunt*, proſpiciens per cancellos: *Futur.* יָצִיץ florebit, Iſa. 27. v. 6., וַיָּצֵץ צִיץ & floruiſſet flos, *ſive*, *juxta alios*, & emiſerat florem, *vel* & eruperat flos, Num. 17. v. 23. *Plur.* וְיָצִיצוּ & florebunt, Pſal. 72. v. 16., וַיָּצִיצוּ & floruerint, flores emiſerint, *i. e.*, *ut exponit Vulgat.*, & apparuerint, *ſive* eruperint, Pſalm. 92. v. 8.

צִיץ *m.* I. Flos, *apertus propriè*, *&* *in amplitudinem expanſus*, Numer. 17. verſ. 23., Iſa. 28. v. 1., 40. vv. 7. 8. *Cum præfix.* כְּצִיץ, ſicut, quaſi flos, Job. 14. v. 2., Pſal. 103. v. 15., Iſa. 40. v. 6. *Plur.* צִצִּים, *cum* Dageſch *loco vocalis longæ, videlicet pro* צִיצִים, *euphoniæ cauſa*, 1. Reg. 6. vv. 18. 29. 32. 35., flores; *Fœmin. conſtruct.* צִיצַת נֹבֵל, Iſa. 28. v. 4., flos caducus, decidens, *vel* marceſcens: II. *Metaphoricè* bractea, lamina, *quem quidem ſenſum habet, cum tribuitur auro, vel alio metallo in tenuiſſima folia inſtar* florum *expanſo.*, *ità* Exod. 28. verſ.

36.,

36., 39. v. 30., Levit. 8. v. 9. III. Pluma, *quæ videl. ex avium corporibus* emergit, *ut* flos *ex ſcapo plantæ*; *inde* penna, pennata ala, *ex* plumis *conſtans*; *ſic* תְּנוּ־צִיץ לְמוֹאָב, Jerem. 48. verſ. 9., date alam, *ſive* pennam, *vel*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, florem Moabo: IV. *τὸ* צִיץ *Vulg.*, *Pagnino*, *&* *quibuſdam aliis eſt nom. propr.*, *nam*, 2. Paral. 20. v. 16. בְּמַעֲלֵה הַצִּיץ *reddunt* per clivum nomine Sis, *vel* Tzitzi; *Multis tamen ibi etiam eſt appellativum*: *vertunt ſiquidem*, per clivum, *vel* aſcenſum floris, *i. e.* floridum.

ציצה *f. Inde conſtr.* צִיצַת *vide ſupra in* צִיץ.

ציצת *f.* Cincinnus, *qui in hominibus idem eſt*, *quod* pluma *in avibus*; *Cum præfix.* בְּצִיצַת in cincinno, Ezech. 8. v. 3. *Item metaphoricè*, peniculamentum, peniculatus filorum textus, fimbria comata, *à* filorum reſolutione *dicta*, Numer. 15. vv. 38. 39.

ציר *m. Vide ſupra poſt* צור *pag.* 1168.

צירת *Vide ſupra in* צות *pag.* 1172.

צלא *Chald.* oravit: *Pahel Particip.* וּמְצַלֵּא & orans erat, orabat, Dan. 6. verſ. 11. *Plur.* מְצַלַּיִן orantes, Eſdr. 6. verſ. 10.

צלה Aſſavit: *Infin.* לִצְלוֹת ad aſſandum, 1. Sam. 2. v. 15. *Futur.* אֶצְלֶה בָשָׂר aſſabo carnem, Iſa. 44. verſ. 19., יִצְלֶה צָלִי *vide ſupra in* נָצַל *pag.* 785., יַחְצֵל, תַּצֵּל, אַצִּל aſſabit aſſaturam, Iſa. 44. v. 16., *ubi Vulg. habet*, coxit pulmentum. *Hiph.* הִצִּיל, הַצִּילָה, לְהַצִּילֵךְ, לְהַצִּילוֹ, לְהַצִּילָם, מַצִּיל, מַצֵּל, *&c. vide ſupra in* נָצַל *pag.* 784., 785., מְצַלֶּה, מְצַלַּת, *&* *Futur. plur.* תְּצַלֶּנָה *vide in* צלל.

* צִלָּה *Dictio compoſita*, *quam vide infra in* צַל *poſt* צָלַל: הַצָּלָה *vide ſupra pag.* 786., לְהַצִּלָּךְ *vide pag.* 785., *item* לְהַצָּלַת, *&* לְהַצָּלוּתָהּ *vide ſupra in* נְצַל *Chald. pag.* 785.

צִלָּה Tzillah, *&* *juxta Vulg.* Sella *nom. propr. mulieris*, Gen. 4. verſ. 19.

צל *Vide infra poſt* צָלַל *cum præfix.*, *&* *affix.*, *ſed* הַהַצֵּל, הַצֵּל *vide pag.* 785., *vide etiam*, *quod ſequitur*.

צלי *maſc.* Aſſum, aſſatura, *ut in præcedenti exemplo*: *Conſtr.* צְלִי־אֵשׁ aſſum ignis, *vel* igne, Exod. 12. v. 8. *Sed* בְּצָלִי, בְּצִלּוֹ, *&c. vide in* צַל *poſt* צָלַל.

צלול

צְלוֹל *maſc.* Toſtum, torta, *&* *juxta Vulg.* ſubcinericius (panis), Jud. 7. v. 13., *ſcribitur cum* Vau, *ſed legitur per* Jod, *uti à* הָגָה meditari, *eſt* הֲגִיג meditatio: *Alii, dictionem hanc à* צָלַל *derivantes, reddunt*, auditus-tremoris, *aut* ſtrepitus (panis).

צָלַח *Varia ſignificat ſecundum varia objecta, ad quæ refertur: Si ad* locum, pertranſit, proceſſit, pertigit, pervenit; *ſi ad* perſonam, inſiliit, irruit, invaſit, pervaſit; *ſi ad* alium optatum ſcopum, proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſperè ſucceſſit, proſper, ſecundus, felix fuit, profecit; *item* profuit, aptus, commodus, utilis fuit. *Aliquando cum accuſat., & cum* עַל־ אֶל־ *conſtruitur. Præter. fœm.* צָלְחָה proſperè ſucceſſit, proſpera fuit, proſperatur, Jerem. 12. v. 1., וְצָלְחָה עָלֶיךָ & inſiliet, irruet in te, 1. Sam. 10. verſ. 6. *Plur.* וְצָלְחוּ הַיַּרְדֵּן, 2. Sam. 19. v. 18., & tranſiverunt, trajecerunt Jordanem: *Imperat.* צְלַח proſperare, *& juxta Vulgat.* proſperè procede, Pſalm. 45. v. 5. *Futur. fœm.* וַתִּצְלְחִי לִמְלוּכָה, Ezech. 16. v. 13., & proſperata fuiſti, *ſive, juxta Vulg*, profeciſti in regnum; *quidam alii vertunt*, & perveniſti ad regnum; לֹא יִצְלַח לַכֹּל non prodeſt ulli rei, Jerem. 13 vv. 7. 10., יִצְלַח, Jerem. 22. verſ. 30., *& in pauſa* יִצְלָח, Iſa. 53. v. 10., 54. v. 17., proſperabitur; *item* פֶּן־יִצְלַח, Amoſ. 5. v. 6., ne fortè pervadat; *ubi Vulg. ſenſum optime expreſſit*; הֲיִצְלַח an proderit, nunquid utile erit? Ezech. 15. v. 4., *& in pauſa* הֲיִצְלָח nunquid proſperum ſucceſſum habebit, proſperabitur? Ezech. 17. v. 15., תִּצְלָח *f.* proderit, *& juxta Vulg.* ſuccedet in proſperum, Numer. 14. v. 41., *item* proſperabitur, proficiet, Ezech. 17. v. 9., Dan 11. v. 27., הֲתִצְלָח an proſperabitur? Ezech. 17. verſ. 10., וַתִּצְלַח & irruit, inſiliit, inſiluit, invaſit, Jud. 14. vv. 6. 19., 15. v. 14., 1. Sam. 10. verſ. 10., 11. v. 6., 16. v. 13., 18. v. 10. *Hiph.* הִצְלִיחַ ſecundavit, proſperavit, proſperum effecit; *& intranſitivè* proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſperè egit, ſecundatus, proſperatus fuit: *Præterit.* הִצְלִיחַ דַּרְכִּי ſecundavit, *& juxta Vulg.* direxit viam meam, Geneſ 24. v. 56., *item* proſpere peregit, proſperatus eſt, 2. Paral. 7. v. 11., וְהִצְלִיחַ

& pro-

& proſperam efficiet, ſecundabit (viam tuam), Gen. 24. verſ. 40., הִצְלִיחַ an proſperum effecerit, *ſive* effeciſſet, Geneſ. 24. verſ. 21., *& cum affix.* הִצְלִיחוֹ ſecundavit, *& juxta Vulgat.* direxit eum, 2. Paralip. 26. verſ. 5. *Fæm.* וְהִצְלִיחָה & proſperabitur, Dan. 8. v. 12., הִצְלַחְתָּ proſperaberis, 1. Paral. 22. verſ. 11. *Partic.* מַצְלִיחַ ſecundans, Geneſ. 24. v. 42. *Item intranſitivè*, proſperans, proſperis rebus utens, Gen. 39. v. 2., בְּמַצְלִיחַ, Pſal. 37. v. 7., in proſperantem, *ſive* proſperam reddentem (viam ſuam); *LXX.*, *Vulg*, *& alii reddunt*, in eo, qui proſperatur (in via ſua): *Imper.* וְהַצְלַח & proſperare, proſpero ſucceſſu utere, *ſive*, *juxta Vulg.*, & vade proſperè, 1. Reg. 22. vv. 12. 15., 2. Paralip. 18. verſ. 11 *Cum* ה *paragog.* הַצְלִיחָה Pſalm. 118. v. 25., Nehem. 1. verſ. 11, proſpera, ſecunda, proſperè ſuccedere fac; *Plural.* וְהַצְלִיחוּ & proſperamini, *vel*, *juxta alios*, & proſperabimini, 2. Paral. 18. v. 14., 20. v. 20., *Vulgat. reddit*, & cuncta evenient proſpera: *Futurum* תַּצְלִיחַ proſperabis, proſperè ſuccedere facies, Deut. 28. v. 29., Joſ. 1. v. 8., *Item* proſperum ſucceſſum habebis, proſperè ages, *ſive*, *juxta Vulg.* proficere poteris, 1. Paral. 22. v. 13., *Fæm.* וְלֹא תַּצְלִיחִי לָהֶם, Jerem. 2. v. 37., & non proſperè cedet tibi, *ſive* non proſperaberis eis, *vel* in eis; יַצְלִיחַ proſperabitur, Pſal. 1. v. 3., יַצְלִיחַ לָנוּ ſecundabit nos, proſperitatem largietur nobis, Nehem. 2. verſ. 20., וַיַּצְלַח & proſperatus fuit, proſperè egit, 1. Paral. 29. verſ. 23., 2. Paral. 32. v. 30., *Fæm.* הֲתַצְלַח דַּרְכֵּנוּ, Jud. 18. v. 5., an proſperabit viam noſtram; *Plur.* תַּצְלִיחוּ proſperabimini, 2. Paral. 13. v. 12., וְיַצְלִיחוּ & proſperantur, Jerem. 5. v. 28., וַיַּצְלִיחוּ & proſperati ſunt, proſpero ſucceſſu uſi ſunt, 2. Paral. 14. v. 6.

צלח *Chald.* proceſſit, proſpero ſucceſſu uſus eſt, proſper, felix fuit: *Inde Aphel præter.* הַצְלַח proſperos effecit, Dan. 3. v. 30. *Item*, proſperè egit, Dan. 6. v. 28. *Partic.* מַצְלַח proſperatur, Eſræ 5. verſ. 8. *Plur.* וּמַצְלְחִין & proſperabantur, Eſdr. 6. v. 14.

צֵלָחָה *f.* Gabatæ, olla, paropſis, ſcutella, catillus, lebes, *juxta quoſdam ad figuram* gabatarum *formatus*; *eſt autem*

צְלֹחָה

צְלָחָה *dictus ab Hebræis, quod ex ipſo, ſi non vitæ* proſperitas, *certè* commoditas *pendeat*; צַלַּחַת *vide mox infra*: *Plur. cum præfix.* וּבַצֵּלָחוֹת, 2. Paralip. 35. v. 13., & in gabatis, *ſive* ollis, catillis.

צַלַּחַת *f. Idem ac ſupra*: *Cum præfix.* כַּאֲשֶׁר־יִמְחֶה אֶת־הַצַּלַּחַת, 2. Reg. 21. v. 13., ſicut qui abſtergit gabatam, *ſive* ſcutellam; *Sed Vulg. habet*, ſicut deleri ſolent tabulæ; מָחָה *ſiquidem alibi* abſtergere, *alibi* delere *ſignificat*: *Item* צַלַּחַת *eſt, juxta multos*, axilla, aſcella, manica, ſinus, *qui ironicè ſic appellatur, quod* lebetis *modo concavus ſit*: *Occurrit cum præfix.* בַּצַּלַּחַת in ſinu, *ſive, juxta Vulg.*, ſub aſcella, Prov. 19. v. 24., 26. v. 15. *Sed hiſce etiam in locis Hebræi, aliique in prima ſignificatione exponunt, videl.* in paropſidem, in lebetem.

צְלֹחִית *f.* Paropſis, patina, phiala, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, vas, 2. Reg. 2. v. 20.

צָלַל Tinniit, palpitavit: *Item* profundum petiit, in profundum merſus eſt: *Item* obtectus, obumbratus eſt. *Notat autem Joa. Simon, primam hujuſce verbi ſignificationem eſſe* propriam; *duas alias* mutuo *aliunde* petitas. *à verbis ſcil.* צול profundum, *&* כָּלַל texit, obtexit. *Præt. plur.* לְקוֹל צָלְלוּ שְׂפָתַי, Habac. 3. v. 16., ad vocem *hanc, ſive* rumorem *iſtum* tinnierunt, palpitaverunt, *vel* murmur ediderunt labia mea; tinnitus *autem iſte fit, juxta R. Davidem, & Aben Eſram, cum ob pavorem nimium contingunt, & percutiunt ſe ſe* labia; *Vulgat. vertit*, à voce contremuerunt labia mea; *Item* in profundum merſi ſunt, Exod. 15. v. 10., כַּאֲשֶׁר צָלְלוּ שַׁעֲרֵי יְרוּשָׁלַםִ, Nehem. 13. v. 19., quum obumbrarentur, *vel* obtenebratæ eſſent, *i. e.* obtenebreſcere cœpiſſent portæ Jeruſalem, *nempe, ut exponit David Kimchi*, cum ſol ad veſperam, ad occaſum inclinaret, *portiſque civitatis occultaretur*; *Vulgat. optime vertit*, cum quieviſſent portæ Jeruſalem (in die ſabbati); *tunc enim* portæ *claudebantur, ac propterea* quieſcebant: *Futur. plur.* תְּצִלֶּנָה tinnient, 2. Reg. 21. v. 12., Jer. 19. v. 3. *Hiph. Part.* מֵצַל obumbrans, umbram faciens, Ezech. 31. v. 3., מְצִלָּה, מְצִלֶּת *vide inter nomina*: *Futur. plur.* תְּצִלֶּנָה שְׁתֵּי אָזְנָיו tinnient ambæ aures ejus, 1. Sam. 3. v. 11.

צָלַל

צָלַל *maſc.* Umbra, obumbratio: *Cum affix.* צִלְלוֹ umbra ſua, Job. 40. v. 22. *Plural.* צְלָלִים umbræ, Cant. 2. verſ. 17. *Conſtr.* צִלְלֵי עֶרֶב umbræ veſpertinæ, Jerem. 6. v. 4. *Huc referunt quidam*, צֶאֱלִים umbroſa, umbroſæ arbores, *cum* א *loco* ל *geminandi*. *Vide ſupra pag.* 1143.

צְלוֹל *Vide paullò ante poſt* צָלָה *pag.* 1178.

צֵל *m.* Umbra, obumbratio: *Item metaphorice* obtectio, protectio, præſidium: *Cum præfix.* הַצֵּל umbra, 2. Reg. 20. v. 9., בְּצֵל, Geneſ. 19. v. 8., בַּצֵּל, Jon. 4. v. 5., in umbra; כְּצֵל ſicut umbra, Pſalm. 102. v. 12., לַצֵּל umbræ, 2. Reg. 20. v. 10., לְצֵל־יוֹמָם in umbraculum diei, Iſa. 4. v. 6. *Cum affix.* בְּצִלִּי in umbra mea, Jud. 9. v. 15., צִלְּךָ protectio tua, Pſalm. 121. v. 5., צִלֵּךְ umbra tua, Iſa. 16. verſ. 3., בְּצִלּוֹ in umbra, umbraculo ejus, Cant. 2. v. 3., Thren. 4. v. 20., Ezech. 31. verſ. 17., מִצִּלּוֹ de umbra ejus, Ezech. 31. verſ. 12., צִלָּהּ umbra ejus, Pſal. 80. v. 11., Hoſe. 4. v. 13., בְּצִלָּהּ in umbra ejus, Iſa. 34. v. 15., צִלָּם umbra, *i. e.* protectio, præſidium eorum, Num. 14. v. 9.

מְצֻלָה *f.* Locus profundus: *Cum præfix.* בַּמְּצֻלָה in profundo, Zach. 1. v. 8.

מִקְלָט *maſc.* Aſylum, receptus, refugium, *quaſi* retractum, *ſive* collectionem, *vel* receptionem *dicus, locus ſcilicet, quo fugitivi* ſe ſe colligere, contrahere, *vel ad quem* ſe ſe recipere *ſolebant*: *Occurrit* Num. 35. vv. 11. 13. 14., Joſ. 21. v. 13., *&c. Cum præfix.* עָרֵי הַמִּקְלָט civitates refugii, Numer. 35. v. 6., לְמִקְלָט in aſylum, in refugium, Num. 35. v. 12. *Cum affix.* אֶל־עִיר מִקְלָטוֹ ad urbem refugii ejus, Num. 35. v. 25.

קְלִיטָא Kelitáh, *& juxta Vulgat.* Calita, *&* Celita, *nomen proprium viri*, Eſdr. 10. v. 23., Nehem. 8. v. 7.

קָלַל *Significat*: I. Levis fuit, *vel* factus eſt: II. Minutus, imminutus fuit; *quia, quæ* minuuntur, leviora fiunt: III. Agilis, velox, celer fuit; *quia* levia citius moventur: IV. *Metaphorice* vilis fuit, *vel* evaſit, eviluit. *Præter. contracte* קַלּוֹתָ eviluiſti, *ſive, juxta Vulg.*, inhonoratus es, Nahum. 1. verſ. 14., קַלֹּתִי vilis ſum, *& juxta Vulg.* leviter locutus ſum, Job. 40. verſ. 4. *Plur.* כִּי־קַלּוּ הַמַּיִם, Gen. 8. v. 11., quod levatæ, imminutæ, leviores factæ eſſent, *& juxta Vulg.* ceſſaſſent aquæ; מִנְּשָׁרִים קַלּוּ, 2. Sam. 1. v. 23., Jerem. 4. v. 13., præ aquilis leves erant, *i. e.* velociores; יָמַי קַלּוּ מִנִּי־אָרֶג, Job. 7. v. 6., dies mei leves ſunt præ textura, *ſive* præ radio textoris; *alii reddunt*, velociores ſunt textu, *vel* textura; וְיָמַי קַלּוּ מִנִּי־רָץ, Job. 9. v. 25., dies mei velociores ſunt curſore; וְקַלּוּ מִנְּמֵרִים leviores pardis, Habac. 1. verſ. 8., הֲקַלּוּ הַמַּיִם, Gen. 8. v. 8., an levatæ, *ſive* imminutæ eſſent, *& juxta Vulg.* an ceſſaſſent aquæ, Geneſ. 8. verſ. 8. *Niph.* נָקַל, *& cum* Tzere נָקֵל levis, vilis factus, *vel* habitus eſt; *item*, leve, parum, facile fuit, *q. d.* alleviatum eſt: *Præter.* נָקַל, 2. Reg. 20. v. 10., Iſa. 49. v. 6., facile, parum eſt; *& in pauſa*, וְדַעַת לְנָבוֹן נָקָל, Prover. 14. v. 6.,

6., & ſcientia intelligenti facile, *i. e.* res facilis; וְנָקֵל, & leve, *ſive* parum eſt, 2. Reg. 3. v. 18., וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות, 1. Reg. 16. verſ. 31., fuit autem, (nonne leve fuit ei ambulare in peccatis); *LXX.*, *Vulg.*, *aliique vertunt*, nec ſuffecit ei, ut ambularet in peccatis; הֲנָקֵל לְבֵית יְהוּדָה numquid leve eſt domui Juda? Ezech. 8. v. 17., וּנְקַלֹּתִי עוֹד מִזֹּאת, 2. Sam. 6. v. 22., & levem habuero me, *id eſt* abjecero me adhuc præ hoc, *ſive* vilior ero quam hoc: *Partic. f.* עַל־נְקַלָּה, Jerem. 6. verſ. 14., 8. v. 11., per leviculum, rem leviculam, *juxta Buxtorfium, alioſque*; *ſed Vulg. habet* cum ignominia, ad ignominiam; הֲנְקַלָּה בְעֵינֵיכֶם, 1. Sam. 18. v. 23., an leviculum, *ſive* leve, parum in oculis veſtris? *Futur.* וָאֵקַל, *pro* אֶקַל, & levis, *ſive* vilis habita ſum, Geneſ. 16. v. 5., וַתֵּקַל & vilis habita, *vel* viſa eſt, *id eſt*, *juxta Vulg.*, deſpexit, Geneſ. 16. v. 4. *Plur. In pauſa* וּבֹזַי יֵקָלּוּ, 1. Sam. 2. verſ. 30., & contemptores mei leves, *ſive* viles fient, *vel* habebuntur; יִקַּלּוּ leves, veloces erunt, Iſa. 30. v. 16. *Pih.* קִלֵּל vilem habuit, contempſit, exſecratus eſt, maledixit, blaſphemavit; *Regit Accuſativum, ut oppoſitum ejus* בֵּרַךְ benedixit: *Præter.* אָבִיו וְאִמּוֹ קִלֵּל patri ſuo, & matri ſuæ maledixit, Levit. 20. verſ. 9., *ita* 2. Sam. 19. v. 22., וְקִלֵּל בְּמַלְכּוֹ וּבֵאלֹהָיו & maledicet regi, & Deo ſuo, Iſa. 8. verſ. 21. *Item alia forma, geminata ſcil. prima radicali*, קִלְקַל lævigavit, terſit, purgavit, expolivit; קִלְקַל בַּחִצִּים, Jerem. 21. v. 26., terſit ſagittas, *id eſt, ut quidam exponunt*, acuit *ferrum* ſagittarum, *aut illius ſuperficiem, ut ſplenderet, & in eoque ſplendore, tanquam in ſpeculo, cernerent divinatores, quemadmodum aſpicere ſolent in ungue pollicis manus ſplendente*; *Alii reddunt*, ſagittas in aere volare fecit, *ut videret in quam partem caderent, ut verſus eam dirigeret exercitum*; *Vulgat. habet*, commiſcens ſagittas: וְהוּא לֹא־פָנִים קִלְקַל, Eccleſ. 10. v. 10., & hujus, *ſcil. ferri*, non faciem terſerit, deterſerit, *id eſt* non expoliverit utrumque *ſecuris* latus, *ſive* anteriorem partem; *hæc enim dicitur ſecuris* facies, *quia veluti intuetur rem ſecandam*; *Vulgat. ſenſum expreſſit*: *Cum affix.* קִלְלַנִי maledixit mihi, 1. Reg. 2. v. 8., קִלַּלְתָּ maledi-

ledixiſti, Eccleſ. 7. v. 22., קִלַּלְתָּ vide in קְלָלָה inter nomina: *Partic.* מְקַלֵּל, Exod. 21. v. 17., 2. Sam. 16. v. 5., Prov. 20. v. 20., maledicens; הוֹצֵא אֶת־הַמְקַלֵּל educ maledicentem, *ſive* blaſphemum, Levit. 24. v. 14. *Cum affix.* מְקַלְלַוְנִי maledicens mihi, Jerem. 15. verſ. 10., *ubi compoſita forma ex* קלה, *&* קלל, *quaſi* קְלוּנִי ignominia afficiunt me, *&* מְקַלְלֵנִי maledicit mihi quiſque; *Aliis eſt compoſit. ex partic., & præter., vel ex partic., & futuro*; מְקַלֶּלְךָ, Geneſ. 12. v. 3., *& in pauſa* מְקַלְלֶךָ, Eccleſ. 7. verſ. 21., maledicens tibi: *Plural.* מְקַלְלִים לָהֶם בָּנָיו, 1. Sam. 3. v. 13., exſecrationem facientes, *ſive* maledicentes ſibimetipſis filii ejus; *peccata ſiquidem, quæ patrabant, maximo ſibi detrimento erant*; *Vulgat. vertit*, (noverat), indigne agere filio ſuos; *Alii aliter reddunt apud Polum in Synopſi*: *Infin. cum præfix.* לְקַלֵּל maledicere, *ſive* ad maledicendum, ut malediceret, Geneſ. 8. v. 21., Joſ. 24. v. 9., *& cum affix.* לְקַלֶּלְךָ ad maledicendum, *ſive* ut malediceret tibi, Deut. 23. v. 5., בְּקַלְלוֹ in maledicendo, *ſive* cum malediceret ei, 2. Sam. 16. verſ. 7., לְקַלְלוֹ ad maledicendum ei, Nehem. 13. verſ. 2. *Imper.* קַלֵּל maledic, 2. Sam. 16. v. 10. *Futur. cum affix.* וָאֲקַלְלֵם & maledixi eis, Nehem. 13. v. 25., תְקַלֵּל exſecraberis, exſecreris, maledices, *item, juxta Vulg.*, detrahes, detrahas, Exod. 22. v. 27., Levit. 19. v. 14., Eccleſ. 10. v. 20., אֲשֶׁר יְקַלֵּל אֶת־אָבִיו וְאֶת־אִמּוֹ qui maledixerit patri ſuo, aut matri ſuæ, Levit. 20. v. 9., ויקלל & maledicet, 2. Sam. 16. v. 11., וַיְקַלֵּל & maledixit, Levit. 24. v. 11. *Cum affix.* פֶּן־יְקַלֶּלְךָ ne forte maledicat tibi, Prover. 30. v. 10., וַיְקַלְלֵם & maledixit eis, 2. Reg. 2. v. 24. *Plur.* יְקַלְלוּ maledicebant, maledicent, Pſalm. 62. v. 5., 109. v. 28., וַיְקַלְלוּ & maledixerunt, *ſive* maledicebant, Jud. 9. verſ. 27. *Pyh. Partic. plur. cum affix.* וּמְקֻלָּלָיו, Pſal. 37. v. 22., & maledicti ejus, *ſive* ab eo: *Futur.* יְקֻלָּל maledicetur, maledictus erit, Iſa. 65. v. 20., תְּקֻלַּל maledicta erit, Job. 24. v. 18. *Hiph.* הֵקַל levavit, allevavit, leve, vile reddidit, *vel* habuit, vilipendit: *Præter.* הֵקַל אַרְצָה allevavit terram, Iſa. 8. v. 23., *ſed* הָקֵל *vide in Infin.*, *& Imper.*, *item* הָקֵל *vide infra in nomine*

mine קַל : *Cum affix.* וּמַדּוּעַ הֱקִלֹּתַנִי & quare vilipendiſti me? 2. Sam. 19. verſ. 44. *Plur.* אָב וָאֵם הֵקַלּוּ בָךְ patrem, & matrem vilipenderunt in te, Ezech. 22. v. 7. *Infinit. cum præfix.* לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם ad levandum, *vel* allevandum deſuper ſe, à ſe, *ſive* ut alleviarent ab eis, *ſcil. rebus, vaſis, impedimentis*, Jon. 1. v. 5. *Imper.* הָקֵל leva, alleva, leve fac, 1. Reg. 12. vv. 4. 9. 10., 2. Paral. 10. vv. 4. 9. 10., וְהָקֵל מֵעָלֶיךָ, Exod. 18. v. 22., & alleva à te, *ſive, ut optime habet Vulg.*, leviuſque ſit tibi; *quibuſdam aliis videtur eſſe Infin. pro Præt., atque reddunt*, & levabunt à te, *h. e.* ſublevabunt, *ſive* onus tuum levius reddent: *Futur.* אוּלַי יָקֵל אֶת־יָדוֹ forſitan levabit manum ſuam, 1. Sam. 6. v. 5. *Hithp. Præter. plur. in pauſa, & geminata prima radicali*, הִתְקַלְקָלוּ, Jerem. 4. v. 24., leviter, *vel* velociter movent ſe, levantur, *ſive* leves, agiles ſe exhibuerunt, *commovendo ſcil. ſe, & quaſi ſaltando, ut exponit Joa. Simon; Vulgat., & alii habent*, conturbati, commoti ſunt, *ex uſu ſcil. Arab., & Æthiop.; quibus* קלקל *ſonat* commotus eſt.

קָלָל *m.* Terſum, politum, candens: כְּעֵין נְחֹשֶׁת קָלָל, Ezech. 1. v. 7., Dan. 10. v. 6., tanquam oculus, *id eſt color, ſpecies*, æris terſi, *ſive* politi; *Vulgat. vertit*, quaſi aſpectus, *ſive* ſpecies æris candentis.

קְלָלָה *f.* Maledictio, exſecratio, Geneſ. 27. verſ. 12. *Cum præfix.* הַקְּלָלָה maledictio, Deuter. 11. v. 29., לִקְלָלָה in maledictionem, Jerem. 26. v. 6. *Conſtr.* קִלְלַת חִנָּם maledictio gratis, *i. e.*, immerita, Prover. 26. verſ. 2. *Cum affix.* קִלְלָתְךָ maledictio tua, Geneſ. 27. v. 13., קִלְלָתִי, *pro* קִלְלָתוֹ, *ut habet Maſſora*, (pro) maledictione illius, 2. Sam. 16. v. 12. *Plur.* הַקְּלָלוֹת maledictiones, Deuter. 28. v. 15.

קַל־ *m.* Levis, velox, celer, *& comparat.* levior: *Sed* קַל *Chald. vide ſupra pag.* 1243. *poſt* קוֹל: קַל בְּרַגְלָיו, 2. Samuel. 2. v. 18., Amoſ. 2. verſ. 15., levis, *ſive* velox pedibus ſuis; קַל־הוּא levis ipſe, Job. 24. v. 18., מְהֵרָה קַל, Iſa. 5. v. 26., Joel. 4. v. 4., citò, (&) levis, *ſive* velociſſime, (&) leviſſime; *&* קַל מְהֵרָה levis, (&) citò, *ſive* leviſſime, (&) velociſſime, *juxta Buxtorfium*; *Vulg. vertit*,

tit, feſtinus velociter, *&* citò velociter: עַל־עָב קַל ſuper nubem levem, Iſa. 19. v. 1., וְעַל־קַל נִרְכָּב, Iſa. 30. v. 16., in celeri vehimur; *Vulg. habet*, ſuper veloces aſcendemus: *Cum præfix.* הַקַּל velox, Jerem. 46. v. 6., *&* *in pauſa* מִקָּל à veloce, Amoſ. 2. v. 14. *Plur.* קַלִּים veloces, Iſa. 18. v. 2., *item* velociores, Thren. 4. v. 19., לַקַּלִּים הַמֵּרוֹץ velocium curſus, Eccleſ. 9. v. 11.

קֹל *m.* Levitas, facilitas, celeritas: *Cum præfix.* מִקֹּל, Jerem. 3. verſ. 9., præ, *ſive* à levitate, *juxta Maſſoram*, *Targum*, *&* *alios*; *quidam exponunt* à voce, *ſeu* ſtrepitu, ſonitu; *Sed rectius Vulg. vertit*, & facilitate.

קַלָּה קַלָּה *f.* Levis, velox, Jerem. 2. v. 23.

קְלֹקֵל *m.* Viliſſimus, leviſſimus, Num. 21. v. 5.

* הֲלֹם *Dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* קָלָה *pag.* 1265. *Item* קוֹלָם, *&* קָלָם *vide ſupra in* קול *pag.* 1243.

* קוֹלָן *Vide ſupra in* קול *pag.* 1243. *Sed* קָלוֹן *vide ſupra poſt* קלה *pag.* 1267.

קָלַס *In Kal inuſit. Inde Pih.* קִלֵּס ludificavit, eluſit: *Infin.* לְקַלֵּס אֶתְנַן eludendo mercedem, Ezech. 16. verſ. 31., *ubi Vulg. vertit*, faſtidio augens pretium, *&* *bene*; *ſolent enim*, *qui magnum mereri volunt*, illudere offerenti pretium, *quod non ſatisfacit*, *ut notat Robertſon*. *Hithp. Futur.* בַּמְּלָכִים יִתְקַלָּס, Habac. 1. verſ. 10., regibus illudet; *LXX.*, *&* *Vulgat. habent*, de regibus triumphabit, *id eſt* efferretur, *&* *exultabit licentià*; *Plur.* יִתְקַלְּסוּ־בָךְ, Ezech. 22. verſ. 5., ludificabuntur, *ſive* illudent tibi, *&* *juxta Vulg.* triumphabunt de te; וַיִּתְקַלְּסוּ־בוֹ, 2. Reg. 2. v. 23., & illudebant ei.

קֶלֶס *maſc.* Ludificatio, illuſio, irriſio, deriſus, Pſalm. 44. v. 14., וּלְקֶלֶס & in illuſionem, in deriſum, Ezech. 20. v. 8. *Fœm.* קַלָּסָה *idem*, Ezech. 22. v. 4.

קָלַע Sculpſit, incidit: *Item*, funda-emiſit, *vel* projecit, *ex nomine* קֶלַע funda *petita ſignificatione*: *Sed &* ſculpendi *ſenſum ab eodem nomine derivandum*, *exiſtimat Rabbi Kimchi*; *quod velut* fundibulario *opere fiant* ſculpturæ *in* gyrum, *quaſi* rotare *dicas*, *vel* fundibulare, *h. e. ſphærulis quibuſdam in morem ovorum*, *vel floſculorum*, *&* *herbarum campi* cælare. *Hinc* cortinæ, *aut* tentoria, vela, *&*

panni

panni *ita depicti* קְלָעִים *dicuntur, ut eſt apud Robertſon animadverſum. Quibuſdam aliis, quos ſequitur Joa. Simon, videtur*, קָלַע *habere in genere notionem* torquendi, *&* rotandi: *Hinc in ſpecie* funda emiſit, *vel* projecit, *quod* torquendo, *&* rotando *fieri ſolet; hinc etiam* ſculpſit, inſculpſit, *proprie* tornando. *Præterit.* קָלַע ſculpſit, inſculpſit, 1. Reg. 6. vv. 29. 32. 35. *Particip.* קֹלֵעַ בָּאֶבֶן fundâ emittens, *ſive* projiciens lapidem, Jud. 20. verſ. 16., *item* קוֹלֵעַ אֶת־יוֹשְׁבֵי הָאָרֶץ, Jerem. 10. verſ. 18., fundâ, *ſive* ut fundâ projiciens habitatores terræ: *Porro voce* קלע *hoc loco notatur* ejectionis *tum facilitas, tum celeritas; quod expreſſit optime Vulg. vertens*, ego longe projiciam *&c. Pih. Futur.* וַיְקַלַּע & fundâ miſit, projecit, 1. Sam. 17. v. 49. *Cum affix.*, *&* Nun *epenthet.*, וְאֵת נֶפֶשׁ אֹיְבֶיךָ יְקַלְּעֶנָּה בְּתוֹךְ כַּף הַקָּלַע, 1. Sam. 25. verſ. 29., & animam inimicorum tuorum fundâ projiciet eam in medio, *vel* per medium curvaturæ, *vel* ſedis, *ſive* è medio cavo fundæ, *i. e.* è latiori fundæ parte, *ad quam duo alligantur funes; metaphorica eſt locutio, cujus ſenſum optime exponit Vulg. Vide infra inter nomina* מִקְלַעַת.

קֶלַע *m. Eſt*: I. Funda, *quæ ſcil.* rotatur, *vel in qua lapides* rotantur, & abjiciuntur; *Occurrit autem in pauſa cum* Kametz, *ut* קָלַע, Job. 41. v. 19., Zach. 9. v. 15., *& cum præfix.* הַקָּלַע, 1. Sam. 25. v. 29., funda; בַּקֶּלַע, in funda, 1. Sam. 17. v. 50. *Cum affix.* וְקַלְעוֹ & funda ejus, 1. Sam. 17. verſ. 40. *Plur.* קְלָעִים fundæ, 2. Paral. 26. v. 14., *Aliud vide infra; Sed* קְלָעִים *vide paullò poſt in* קֶלַע: II. Tapetes ocellati, *juxta Buxtorfium; & juxta alios* velum, tentorium, cortina, *facta ex* byſſo מָשְׁזָר, *id eſt* contorta: *Occurrit in plur.* קְלָעִים vela, tentoria, cortinæ, Exod. 27. vv. 9. 11. 12. 14. 15., *&* 38. vv. 12. 14. 15. *Aliud vide infra*: *Conſtr.* קַלְעֵי *idem*, Exod. 35. v. 17., 38. vv. 9. 16. 18., Num. 3. v. 26., 4. v. 26. III. Valva *januæ, dicta* קֶלַע, *quia* inciſa, *juxta Buxtorfium, ſive quia cardinibus* torquetur, *&* volvitur, *ut exiſtimant aliqui cum Joa. Simone*: *Occurrit in plur.* וּשְׁנֵי קְלָעִים, 1. Reg. 6. v. 34., & duæ valvæ.

קַלָּע *m.* Funditor: *Plur.* הַקַּלָּעִים funditores, *& juxta Vulg.* fundibularii, 2. Reg. 3. v. 25.

מִקְלַעַת *fœm.* Inciſura, ſculptura, 1. Reg. 6. verſ. 18. *Plur.* מִקְלָעוֹת, 1. Reg. 7. verſ. 31., *& in regim.* מִקְלְעוֹת, 1. Reg. 6. vv. 29. 32., ſculpturæ, inciſuræ, cælaturæ.

קַלְקֵל *Vide ſupra* קָלַל *in Pih. Item* קְלֹקֵל *vide poſt* קָלַל *inter nomina:* הִתְקַלְקֵל *vide ſupra* קָלַל *in Hithp.*

קִלְּשׁוֹן *m.* Furca; *inſtrumentum ſcil., ut ſcribit Kimchi, ferreum, habens dentes, quo fimus, & palea, ſive ſtramen removetur:* לִשְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן triplici, *ſeu* tridente furcâ, 1. Samuel. 13. verſ. 21., *i. e.,* קִלְּשׁוֹן שְׁלֹשׁ הַשִּׁנַּיִם furcâ trium dentium: *Vulg. reddit*, tridentum.

* קְיָמָא *Chald. vide ſupra in* קוּם *Chald. pag.* 1249.

* קָמַת *Vide in* קום *pag.* 1243., *& aliud pag.* 1259, *ſed* הֲקָמֹתִי *vide in* קום *pag.* 1246., קָמַת, *&c. vide pag.* 1250., קוֹמָה, קוֹמַת, קִימָה קִימָתָם *ibidem;* אֲקִימֵהּ *vide in* קום *Chald. pag.* 1248., הֲקֵימַת, הֲקִימַת, הֲקִימַת, *&c. vide pag.* 1248., 1249.

קְמוּאֵל Kemuél, *nom. prop. virorum*, Gen. 22. v. 21., *&c.*

קָמַח *Rabbinis eſt*, moluit; *Arab.*, concidit: *Inde nomen* קֶמַח *m.* farina, *ex quolibet frumento conciſo:* קֶמַח סָאִים סֹלֶת, Gen. 18. v. 6., ſata farinæ ſimilæ, *id eſt purgatiſſimæ: In pauſa* וְטַחֲנִי קָמַח, Iſa. 47. v. 2., & mole farinam, *id eſt frumentum, ex quo commolito* ſarina *conficitur:* כַּד הַקֶּמַח cadus, *ſive, juxta Vulgat.*, hydria farinæ, 1. Reg. 17. v. 16.

קָמַט Corrugavit, rugas contraxit, *ſeu* obduxit: *Futur. cum affix.* וַתִּקְמְטֵנִי & rugas obduxiſti mihi, Job. 16. v. 8. *Pyh. Præter. plur.* אֲשֶׁר קֻמְּטוּ qui corrugati ſunt, Job. 22. verſ. 16., *R. Levi, & Aben Eſra exponunt,* נִכְרְתוּ exciſi ſunt, *ex hoc mundo per diluvium: Solent autem cadavera hominum aquis merſa* corrugari; *Sed & Vulgat. vertit*, qui ſublati ſunt.

קָמַל Languit, exaruit, marceſcit, marcuit, emarcuit, marcidus factus eſt: *Præter.* קָמֵל, Iſa. 33. verſ. 9., languebat, *ſive* marcuit, emarcuit; *Vulg. habet*, obſorduit; *R. Salomon vertit*, exaruit, *ac proinde* exciſus fuit; *Plural. in pauſa* קָמֵלוּ, Iſa. 19. verſ. 6., languebant, *vel* emarcuerunt, *ſive, juxta Vulgat., in ſingulari* marceſcet; *Alii vertunt*, exareſcent, *exſiccatis ſcil. fluminibus, ita R. Salomon; vel* exſcindentur, *ita Ab. Eſra.*

* קוֹמֵם

* קוֹמֵם; *Inde Futur.* אֲקוֹמֵם, *&c. vide ſupra* קום *in Pih. Sed* מְקוֹמֵם, *&c. vide ſupra poſt* קום *in nom.* מָקוֹם *pag.* 1251., תְּקוֹמֵם *vide eadem pag.* 1251., קוֹמְמִיּוּת *vide pag.* 1250. *Item* הִתְקוֹמֵם, מִתְקוֹמְמָה, *&c. vide ſupra* קום *in Hithp.*

קָמוֹן Kamón, *nom. propr. urbis* Menaſſitarum, Jud. 10. v. 5.

קָמַץ Collegit, *proprie* in pugillum, *q. d.* pugillavit; *item* tulit: *Præter.* וְקָמַץ מִשָּׁם & colliget, accipiet, *ſive* tollet inde, Levit. 2. v. 2., קֹמֶץ *vide mox in nom.*

קֹמֶץ *m.* Pugillus, *id eſt quantum* pugno comprehendi *poteſt*, manipulus, *à* colligendo: *Cum affix.* מְלֹא קֻמְצוֹ plenum pugillum ſuum, Levit. 2. v. 2., בְּקֻמְצוֹ pugillo ſuo, Levit. 6. v. 8. *Plur.* לִקְמָצִים ad manipulos, manipulatim, ad copioſos manipulos *frumenti*, Geneſ. 41. v. 47.

קָמַשׁ *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus eſt*, edit, quidquid inveniret, quamvis viliſſimum. *Inde, uti quibusdam videtur, eſt Hebræum nom.*

קִמֹּשׁ *m.*, Iſa. 34. v. 13., *&* קִימוֹשׁ, Hoſe. 9. v. 6., carduus, chamæleon, cardui *ſpecies*, *ita quidam cum Buxtorfio exiſtimant; At Vulg.*, *Joa. Simoni*, *aliiſque multis eſt*, urtica, *dicta* קִמּוֹשׁ, *quia inter* cibos, *ſed* viliores, *habetur*.

קִמְּשׁוֹן *m.* Carduus, *juxta Buxtorfium*; *Aliis eſt etiam* urtica, *ſed* major: *Plur.* קִמְּשֹׂנִים urticæ, Prov. 24. v. 31.

* קָמַח, *&c. Vide ſupra in* קָמָה *pag.* 1250.

קֵן, *&* קַן *Vide infra poſt* קנן *inter nomina.*

קָנָא *In Kal inuſit. Pih.* קִנֵּא zelotypus fuit, zelavit, zelo affectus, zelo proſecutus fuit: ad zelum movit, *vel* commovit. *Cum præpoſit.* ל *conſtructum, in bonum ſumitur, præterquam* Pſal. 106. v. 16. *Sed cum* ב *ferè in malum, ut notat Ab. Eſra in* Zach. 1. v. 14. *Hinc eſt etiam* invidere, æmulari: *nam* æmulationis *affectus ex invidia plerumque naſcitur. Præter.* קִנֵּא לֵאלֹהָיו zelotypus fuit pro Deo ſuo, Num. 25. v. 13., וְקִנֵּא אֶת־אִשְׁתּוֹ & zelotypus fuerit uxoris ſuæ, *id eſt ſuſpectam habuerit*, Numer. 5. v. 14., קַנֹּא קִנֵּאתִי לַיהוָֹה zelando zelotypus fui, *ſive* zelavi pro Domino, 1. Reg. 19. vv. 10. 14., *ita* Zach. 1. v. 14., 8. v. 2., קִנֵּאתִי בַּהוֹלְלִים, Pſalm. 73. v. 3., invidebam inſanientibus, *juxta Buxtorfium*; *ſed juxta alios* zelavi in inſanos, *vel* ſuper iniquos: קִנְאָתִי *vide in nom.* קִנְאָה;

וְקִנֵּאתִי לְשֵׁם קָדְשִׁי & zelotypus ero, zelabo pro nomine ſancto meo, Ezech. 39. verſ. 25. *Plur. cum affix.* קִנְאוּנִי בְלֹא־אֵל ad zelum commoverunt me in non Deo, *ſive, juxta Vulgat.*, me provocaverunt in eo, qui non erat Deus, Deuter. 32. v. 21. *Partic. cum* ה *interrog.* הַמְקַנֵּא אַתָּה לִי nunquid æmularis tu pro me? Num. 11. v. 29. *Infin.* קַנֹּא zelando, 1. Reg. 19. vv. 10. 14. *Cum præfix.*, *& affix.* בְּקַנְאוֹ in zelando ipſum, *ſive* cum zelaret, cum zelo afficeretur ipſe, Num. 25. v. 11., *& altera forma, cum* ת *videl.*, בְּקַנֹּאתוֹ cum zelaret ipſe, *ſive, ut alii habent*, zelo ſuo, 2. Sam. 21. verſ. 2. *Futur.* תְּקַנֵּא zeles, æmuleris, invideas, Pſalm. 37. v. 1., Prover. 3. v. 31., 24. vv. 1. 19., יְקַנֵּא zelet, æmuletur, æmulabitur, Proverb. 23. verſ. 17., Iſa. 11. v. 13., וַיְקַנֵּא & zelotypus eſt, zelavit, Joel. 2. verſ. 18., *fœm.* וַתְּקַנֵּא & æmulata eſt, invidit, Geneſ. 30. v. 1. *Plur.* אתו, *&* וַיְקַנְאוּ בוֹ & inviderunt ei, Geneſ. 26. v. 14., 37. v. 11., *item* ad zelum commoverunt, in iram concitaverunt, irritaverunt, 1. Reg. 14. v. 22., Pſalm. 106. v. 16. *Cum affix.* וַיְקַנְאֻהוּ & inviderunt ei, *ſive* æmulata ſunt eum (omnia ligna), Ezech. 31. v. 9. *Hiph.* הִקְנִיא zelare fecit, ad zelotypiam commovit, concitavit, provocavit: *Particip.* הַמַּקְנֶה ad zelotypiam provocans, Ezech. 8. verſ. 3., *ad formam quieſcentium tertia*, ה. *Futur. cum affix.* אַקְנִיאֵם בְּלֹא־עָם ad zelotypiam commovebo eos in non populo, *ſive, ut habet Vulgat.*, provocabo eos in eo, qui non eſt populus, Deuter. 32. verſ. 21. *Plur. cum affix.* יַקְנִיאוּהוּ, Pſalm. 78. v. 58., *&* יַקְנִאֻהוּ, Deut. 32. v. 16., ad zelum, *ſive* æmulationem provocaverunt eum.

קְנָא *Chald. in Peal: Inde Futur.* תִּקְנֵא comparabis, emes, emas, *& juxta Vulg.* eme, Eſdr. 7. v. 17.

קַנָּא *m.* Zelotes, æmulator, Exod. 20. v. 5., 34. v. 14., Deut. 4. v. 24., 5. v. 9., 6. v. 15. *Sed* קַנֹּא, בְּקַנְאוֹ *vide ſupra ipſum verbum* קַנֵּא *in Infin.*, *vide etiam infra in* קִנְאָה.

קַנּוֹא *maſc.* Zelotes, æmulator, Joſ. 24. v. 19., Nahum. 1. verſ. 2.

קִנְאָה *fœm.* Zelotypia, zelus, invidia, invidentia, æmulatio, Num.

Num. 5. verſ. 14., Job. 5. v. 2., *&c.* *Cum præfix.* סֵמֶל הַקִּנְאָה ſimulacrum, *ſive* idolum zelotypiæ, *vel* zeli, Ezech. 8. vv. 3. 5. *Conſtr.* קִנְאַת יְהוָה zelus Domini, Iſa. 37. verſ. 32. *Cum affix.* קִנְאָתִי zelus meus, Num. 25. v. 11., Pſalm. 119. v. 139., *&c.*, בְּקִנְאָתִי in zelo meo, Num. 25. v. 11., 2. Reg. 10. v. 16, *&c.*, קִנְאָתְךָ, Iſa. 63. verſ. 15., *&* *in pauſa* קִנְאָתֶךָ, Pſalm. 79. verſ. 5., zelus tuus; וּכְקִנְאָתְךָ & juxta zelum tuum, Ezech. 35. v. 11., וּבְאֵשׁ קִנְאָתוֹ & in igne zeli ejus, Zoph. 1. v. 18., קִנְאָתָם invidia eorum, Eccleſ. 9. v. 6. *Plur.* מִנְחַת קְנָאֹת, Num. 5. vv. 15. 18., oblatio zelotypiarum; *Cum præfix.* הַקְּנָאֹת *idem*, Numer. 5. vv. 25. 29. *Vide ſupra* בְּקַנְאוֹתוֹ *in Infin. verbi* קָנָא.

קָנָה Acquiſivit, *vel* àcquiſitum poſſedit: Acquiſitio *autem illa fit*: I. *Pretio*, *vel laboye*; *unde* comparavit, emit: II. *Creatione*; *unde* creavit: III. *Paternitatis*, *ſive generationis jure*; *unde* genuit, generavit. *Præterit.* קָנָה emit, Geneſ. 25. v. 20., 47. v. 22., 49. v. 30., 50. v. 13., Joſ. 24. v. 32., 2. Sam. 12. v. 3., *aliud vide inter nomina*, *ſicuti &* קָנֶה; *Fœm.* קָנְתָה acquiſivit, Pſal. 78. v. 54. *Cum affix.* קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ קֶדֶם מִפְעָלָיו מֵאָז, Proverb. 8. verſ. 22., (Dominus) poſſedit me (Sapientia), *generatione ſcil.*, in initio viæ ſuæ ante opera ſua ex tunc, *ſive* à principio, *vel* ab initio, *i. e.* à tota æternitate; *id quod confirmant*, *quæ ibidem addit Sacer Auctor*: *Sed &* Pſalm. 93. verſ. 2. *Dei* ſolium ſtabile, firmum *prædicatur* מֵאָז ex tunc, ab initio; *At ibi* τὸ ex tunc *verum*, *abſolutamque deſignat* æternitatem; *nec enim Dei* ſolium ſtabile eſſe *cœpit* initio *mundi*: *Aquila*, *Sym.*, *Theod.* τὸ קָנָנִי *verterunt* ἐκτήσατό με poſſedit me; *Apud LXX. vero legitur* ἔκτισέ με creavit me; *ſed ut eſt Criticis ſacris animadverſum*, *ibi vel error eſt Scribarum*, *qui*, *pro* ἔκτησέ, *ſive* ἐκτήσατο, *poſuerunt* ἔκτισέ; *vel dicendum*, creationis *vocem fuiſſe ab LXX. latiſſima ſignificatione uſurpatam*, *ſicut & Latini dicunt* creare, *&* procreare liberos, *pro* gignere: *Sed & ipſi LXX.* τὸ קָנָה *promiſcuè reddiderunt modò per* ἔκτισε creavit, *ut* Geneſ. 14. v. 19., *modo per* ἐγέννησε genuit, *ſic* הִקְנַנִי, Zach. 13. v. 5., *verterunt*, ἐγέννησέ με

genuit

genuit me: *Et in pauſa* קָנֶךָ poſſedit te, Deuter. 32. v. 6., לַאֲשֶׁר קָנָהוּ מֵאִתּוֹ, Levit. 27. verſ. 24., (revertetur) ad illum, à quo emerat eum, ab eo, *inquam*, *&c.*, *Vulgat. ſenſum expreſſit*: קָנִיתָ acquiſiviſti, poſſediſti, Exod. 15. verſ. 16., *&c.*, קָנִיתִי poſſedi, Geneſ. 47: verſ. 23., Eccleſ. 2. v. 7., Ruth. 4. v. 9., acquiſivi, Ruth. 4. v. 10., קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָֹה, Geneſ. 4. verſ. 1., acquiſivi, poſſedi virum, *ſive* hominem per Deum, *ita Vulg.*, *Græci, aliique*; *ſunt tamen non pauci à Polo in Synopſi laudati, qui particulam* אֶת *in varium ſenſum accipiunt*: *Plur.* קָנִינוּ redemimus, Nehem. 5. v. 8., emimus, Nehem. 5. v. 16., קָנֵהוּ *vide infra*: *Partic.* קוֹנֶה, *&* קֹנֶה emens, emptor, Deuter. 28. v. 68., *item* poſſidens, poſſeſſor, Prov. 15. v. 32., 19. v. 8. *Conſtr.* קֹנֵה creans, creator, Geneſ. 14. verſ. 19., *&* poſſeſſor, *ibi* v. 22. *Cum præfix.* הַקּוֹנֶה, *&* הַקֹּנֶה emens, emptor, Levit. 25. v. 28., Prover. 20. v. 14., Ezech. 7. v. 12., כַּקּוֹנֶה ſicut emens, Iſa. 24. v. 2., לַקֹּנֶה emptori, ementi, Levit. 25. v. 30. *Cum affix.* קֹנֵהוּ (cognovit bos) poſſeſſorem ſuum, Iſa. 1. v. 3. *Plur. cum affix.* קֹנֵיהֶן poſſidentes ea, Zach. 11. verſ. 5. *Infin.* קָנֹה, Levit. 25. v. 14., 1. Paral. 21. v. 24., *&* קָנוֹ, 2. Sam. 24. v. 24., emendo; *& conſtr.* קְנֹה, Prover. 16. v. 16., *&* קְנוֹת, *ibidem*, acquirere, comparare, acquiſitum poſſidere; לִקְנוֹת ad emendum, ut emam, 2. Sam. 24. v. 21., *&c. Cum affix.* בְּיוֹם־קְנוֹתְךָ, Ruth. 4. v. 5., in die emere te, *i. e.* quando tu emeris: *Imper.* קְנֵה eme, Geneſ. 47. v. 19., *&c. Futur.* אֶקְנֶה emam, 2. Sam. 24. v. 24., וָאֶקְנֶה & emi, comparavi, poſſedi, Jerem. 13. v. 2., 32. v. 9., תִּקְנֶה emeris, emes, Exod. 21. v. 2., Levit. 25. v. 15., יִקְנֶה emet, emerit, Levit. 22. v. 11., acquiret, poſſidebit, Prov. 1. verſ. 5., 18. v. 15., *& per apocopen* וַיִּקֶן & emit, Geneſ. 33. v. 19., *& cum affix.* וַיִּקְנֵהוּ & emit eum, Geneſ. 39. v. 1. *Plur.* תִּקְנוּ acquiretis, poſſidebitis, Levit. 25. vv. 44. 45., יִקְנוּ ement, Zach. 32. v. 44. *Niph. Præter.* וְנִקְנָה הַשָּׂדֶה & comparabitur, *ſive*, *juxta Vulg.*, *& alios*, poſſidebitur ager, Jerem. 32. v. 43. *Fut. plur.* עוֹד יִקָּנוּ בָתִּים adhuc comparabuntur, *ſive* poſſidebuntur domus, Jerem. 32. v. 15. *Hiph. Præt. cum affix.*

הִקְנַנִי,

הִקְנַנִי, Zach. 13. v. 5., poſſidere fecit me, *ſcil. terram, juxta Ab. Eſram; vel*, pecuarium fecit me, pecoribus cuſtodiendis præfecit me, *juxta R. Salom.; ex ſignificatione nominis derivati* מִקְנֶה: *Quidam una cum Joa. Simone vertunt*, comparavit, emit me, *ſcil. ad agriculturam faciendam; Alii ex ſignificatione radicis Æthiop. reddunt*, ſervire coegit me, ſibi ſubjecit me; *Vulg. habet*, (Adam) exemplum meum (ab adoleſcentia mea), *id eſt, ut habet Rabbi Kimchi in comment.*, (Adam) docuit me, ut paſcerem pecora, & exercerem culturam terræ: *Particip.* מַקְנֶה *vide ſupra in Hiph. verbi* קָנָא *pag.* 1276. *Sed* מִקְנֶה, & מִקְנָה *vide infra inter nomina: Item* מִקְנָה *vide infra in nom.* קָנֶה.

קוֹנֶה, קֹנֵה *Vide ſupra* קָנָה *in Partic. Kal., vide etiam, quæ ſequuntur*.

קְנֹה, קְנֹה, קְנוֹ, קְנוֹת, *&c. Vide ſupra* קָנֹה *in Infinit. Kal., ſed cum affix.* קְנֹתָם *vide infra in nom.* קָנֶה.

קָנֶה *m.* Canna, arundo, calamus; *qui quidem vario in ſenſu uſurpatus legitur*: I. *Eſt* arundo, calamus, *naturalis, ſed* vulgaris, *ſive* paluſtris, *ut* Joh. 40. v. 21., Iſa. 19. v. 6., *&c.* II. *Naturalis etiam, ſed* aromaticus, *&* odoratus, *ex cujus ſcil. ſucco per decoctionem fit ſaccharum, juxta quoſdam; ſed alii, Kimchium ſequuti, arbitrantur, eſſe vulgò* canelam, *ut habet Robertſon; atque ita occurrit* Exod. 30. v. 23., Iſa. 43. v. 24., Jerem. 6. v. 20., *item* culmus *frugum*: III. Calamus *artificialis, ut* calamus *menſorius*, Ezech. 40. vv. 5. 8., calamus *candelabri*, Exod. 25. vv. 31. 32. 33. 35., 37. v. 18., ſcapus *in ſtatera, unde bilances dependent, ſive, juxta alios*, regula tranſverſa, *cui hinc inde appenduntur pondera; Vulg. etiam reddit* ſtateram, Iſa. 46. v. 6., גְּעַר חַיַּת קָנֶה, Pſal. 68. v. 31., diſperde catervam, *vel* congregationem calami, *ſive* arundinis, *id eſt* arundiferam; *Vulg. vertit*, increpa feras arundinis, *id eſt perde, vel arce populum agreſtem, & barbarum: Sunt, qui malunt*, arundinem *ſumi pro* lancea, *metonymice, quia* lancea *longitudine* cannam *refert; unde vertunt*, increpa, *&* perde turbam lanceis armatam: *Cum præfix.* וְקָנֶה & calamus, *aromaticus ſcil.*, Ezech. 27. verſ. 19.,

item & calamus, *menſorius*, Ezech. 40. vv. 7. 8., הַקָּנֶה arundo, calamus *paluſtris*, 1. Reg. 14. verſ. 15., *&c.*, בְּקָנֶה אֶחָד in culmo uno, Geneſ. 41. vv. 5. 22., בַּקָּנֶה הָאֶחָד per calamum unum, *ſive* quemlibet *candelabri*, Exod. 37. verſ. 19., *ſed* Iſa. 46. v. 6., *eſt* ſtatera, *ut dictum eſt*; לְקָנֶה arundini, calamo, Iſa. 35. v. 7. *Conſtr.* קְנֵה calamus *aromaticus*, Exod. 30. v. 23., calamus *menſorius*, Ezech. 40. vv. 3. 5., בִּקְנֵה הַמִּדָּה, Ezech. 42. vv. 16. 17. 18. 19., calamo menſuræ, *id eſt* menſorio: *Hic fuit ſex cubitorum*, *ut dicit Targum in* cap. 40. v. 5. Ezech., *& R. David ibidem in* verſ. 6. *Cum affix.* וְקָנָהּ & calamus, *ſive* ſcapus ejus, Exod. 25. v. 31., 37. v. 17. *Sed* מִקָּנָה, Job. 31. v. 22., *metaphorico in ſenſu uſurpatur*, *redditurque*, de lacerto ſuo, *vel* de ſuperiore oſſe ſuo, oſſe *ſcil. illo* oblongo *brachii*, *inſtar* calami, *à junctura cubiti uſque ad juncturam humeri*, *ut ſcribit Kimchi*: *Deeſt* Mappik, *quod Chaldæus expreſſit*: *Plural.* קָנִים, *&* הַקָּנִים, Exod. 25. vv. 32. 35., Ezech. 42. v. 16., *& conſtr.* קְנֵי, Exod. 25. verſ. 32., 37. verſ. 18., calami: *Plur. fœm. cum affix.* וּקְנֹתָם & calami eorum, Exod. 25. v. 36., 37. v. 24. *Vide*, *quæ ſequuntur*: *Vide etiam ſupra poſt* קון *pag.* 1252.

קָנָה Kanáh, *& juxta Vulg.* Cana, *nom. propr. vici in Galilæa*, Joſ. 19. v. 28., *item fluminis*, Joſ. 17. v. 9.

* קִנָּה *Dictio compoſita*, *quam vide infra in* קֵן *poſt* קַנֵּן *pag.* 1284. *Sed* הַקֵּנִי *vide mox in* קֵינִי.

קִינָה Kináh, *& juxta Vulg.* Cyna, *nom. propr. urbis in regione auſtrali Tribus Judæ*, Joſ. 15. v. 22.

קֵינִי Kení, *& juxta Vulg.* Cinæus, *nom. patronymicum virorum à* קַיִן, *de quo ſupra pag.* 1264., *oriundorum*, Jud. 1. v. 16. *Cum præfix.* הַקֵּינִי, Geneſ. 15. v. 19., Numer. 24. verſ. 21., Jud. 4. vv. 11. 17., 5. v. 24., 1. Sam. 15. v. 6., *& abſque* Jod *in penultima* הַקֵּנִי, 1. Sam. 27. v. 10., Kení, *& juxta Vulg.* Cinæus, *& etiam* Cin: *Plur.* הַקֵּינִים Cinæi, 1. Paral. 2. v. 55. *Fuere autem Kinæi finitimi Amalecitis*, *& tenuerunt regionem ultra Petram Arabiæ*, *& loca termina Cydiſſo*; *Cydiſſus eſt Cades*.

קִנְיָן *m.* Acquiſitio, negotiatio, emptio, *rei ſcil. carioris*, *&*

amplioris,

amplioris, *propter* Nun *in fine additum*, *quod* augmentum *deſignat*, *ut notat Joa. Simon*: *Item metonymice eſt* poſſeſſio, & *quidem amplior*, opes, facultates *quævis*, *id eſt quidquid in bonis poſſidemus*, *ita* Ezech. 38. vv. 12. 13. *Conſtruct.* קִנְיַן כַּסְפּוֹ acquiſitione, *ſive* pretio pecuniæ ſuæ, Levit. 22. v. 11. *Cum affix.* וּבְכָל־קִנְיָנְךָ & in omni poſſeſſione tua, Prover. 4. verſ. 7., קִנְיָנוֹ poſſeſſio ſua, opes ſuæ, Geneſ. 31. v. 18., 36. v. 6., Pſalm. 105. v. 21., וְקִנְיָנָם & opes eorum, Geneſ. 34. v. 23. *Plur. cum affix.* מָלְאָה הָאָרֶץ קִנְיָנֶיךָ impleta eſt terra poſſeſſionibus tuis, *τῆς κτήσεώς σου*, tuis rebus, & operibus, tuis creaturis, opibus, & bonis, Pſalm. 104. v. 24.

מִקְנֶה *m.* Acquiſitio, emptio, poſſeſſio, 1. Paral. 28. v. 1., Job. 36. verſ. 33., Jerem. 9. verſ. 9., *ubi Vulg. reddit*, (non audierunt vocem) poſſidentis: *Sed in ſpecie*, opes divitiæ, *quæ olim* pecude *maxime conſtabant*: *Hinc* pecus *ipſum*, Exod. 12. v. 38., Num. 32. vv. 1. 4., Deuter. 3. v. 19., 2. Paral. 14. v. 14., 26. v. 10., אַנְשֵׁי מִקְנֶה viri pecoris, *i. e.* pecuarii, *ſive qui ſolent alere* pecora, Geneſ. 46. vv. 32. 34., שָׂרֵי מִקְנֶה principes pecoris, & *juxta Vulg.* magiſtri pecorum, Gen. 47. v. 6., אֲבִי יֹשֵׁב אֹהֶל וּמִקְנֶה, Geneſ. 4. verſ. 20., pater, *i. e.* auctor, *ſive* inſtitutor, inventor habitantis tabernaculum, & pecoris, *id eſt artis curandi*, *ſive paſcendi* pecus, *vel*, *ut exponit Vulg.* (pater) paſtorum: מִקְנָה *vide ſupra in* קָנָה *pag.* 1280., מִקְנָה *vide infra poſt hanc dictionem*: *Cum præfix.* הַמִּקְנֶה pecus, Geneſ. 29. v. 7., &c., בַּמִּקְנֶה, Gen. 13. verſ. 2., in pecude, & *juxta Vulg.* in poſſeſſione; וּבְמִקְנֶה in, *ſive* cum opibus, *vel* divitiis, Joſ. 22. v. 8. *Conſtr.* מִקְנֵה pecus, Geneſ. 13. v. 7., וּמִקְנֵה הַבְּהֵמָה & poſſeſſio pecudis, Geneſ. 47. v. 18., וּמִקְנֵה־צֹאן & poſſeſſio ovis, Geneſ. 26. v. 14., 2. Paral. 32. v. 29., וּבְמִקְנֵה & pro poſſeſſione, Geneſ. 47. v. 17., מִמִּקְנֵה de pecude, Exod. 9. vv. 6. 7. *Cum affix.* מִקְנֵנוּ pecus noſtrum, Exod. 10. v. 26., לְמִקְנֵנוּ pecudi, pecori noſtro, Num. 32. v. 16., מִקְנְךָ poſſeſſio tua, *ſive* opes, divitiæ tuæ, Geneſ. 30. verſ. 29., pecus tuum, Exod. 9. v. 19., 34. v. 19., בְּמִקְנְךָ in poſſeſſione tua, *ſive* in divitiis tuis, Exod. 9.

Mmmm 2 v. 3.,

v. 3., מִקְנֵהוּ pecus ſuum, Geneſ. 31. v. 18., *&c.*, opes, divitiæ ejus, Geneſ. 36. verſ. 6., poſſeſſio ejus, Job. 1. vv. 3. 10., וּלְמִקְנֵהוּ & pecori ſuo, Geneſ. 33. verſ. 17. *Plur. cum affix.* יִרְעֶה מִקְנֶיךָ, Iſa. 30. v. 23., paſcet pecora tua, *id eſt*, *ſyntaxi collectiva*, unumquodque pecorum tuorum; *Quibuſdam tamen* Jod *non eſt characteriſtica numeri plur.*, *ſed vice* ה *tertiæ radicalis*, *redditurque in ſingul.* pecus tuum: מִקְנֵיכֶם, Geneſ. 47. v. 16., Joſ. 1. v. 14., 2. Reg. 3. v. 17., *&* *abſque* Jod, מִקְנֵכֶם, Deuter. 3. v. 19., pecora veſtra; בְּמִקְנֵיכֶם & pro pecoribus veſtris, Geneſ. 47. v. 16., מִקְנֵהֶם וְקִנְיָנָם, Geneſ. 34. verſ. 23., pecora eorum, & opes, *ſive* ſubſtantiæ, facultates eorum: *Sunt qui arbitrantur*, *per τὸ* מִקְנֶה animalia grandiora, *ſive* majora, *&* *per τὸ* קִנְיָן minora animalia *deſignari*; *At Kimchius in libro Radic.*, *&* *alii contrà volunt*, מִקְנֶה *propriè*, *hoc ſaltem in loco*, *ſignificare* pecora *tam* majora, *quam* minora, *ſive* opes in re pecuaria; קִנְיָן *vero* opes in omni alia re, quæ poſſideri ſolet; וּמִקְנֵיהֶם & poſſeſſiones eorum, Pſalm. 78. verſ. 48. *Et abſque* Jod בְּכָל־מִקְנֵהֶם pro omnibus pecoribus eorum, Geneſ. 47. v. 17., לְמִקְנֵיהֶם וּלְקִנְיָנָם, Joſ. 14. v. 4., jumentis, *ſive* pecoribus eorum, & poſſeſſionibus, *ſive* ſubſtantiis eorum, *juxta quoſdam*; *Alii vero*, *inter quos Kimchius comment. in hunc locum*, *exponunt*, pecoribus eorum craſſioribus, & minutioribus: *Sic & eodem loco Jonathan apud Robertſon convertit*, jumentis, & pecoribus eorum; *ſed & Vulg. habet*, (ad alenda) jumenta, & pecora ſua.

מִקְנָה *f.* Acquiſitio, emptio, comparatio; *item* poſſeſſio: *Metonymice autem eſt* res pretio empta; *item* pretium, *quo* emitur: אֶת־סֵפֶר הַמִּקְנָה librum emptionis, Jerem. 32. vv. 11. 12. 14. 16., לְמִקְנָה in poſſeſſionem, Gen. 23. v. 18. *Conſtruct.* כָּל־מִקְנַת כַּסְפּוֹ, Geneſ. 17. verſ. 23., (tulit) omnem emptionem argenti ſui, *juxta Buxtorſium*; *Alii rectius vertunt*, omnem emptum, emptitium, *ſeu* omnem, quem emerat argento, *vel* pecunia ſua; *&* *ita* Gen. 17. vv. 12. 13. 27., Exod. 12. verſ. 44. *Cum affix.* מִקְנָתוֹ emptio ejus, *id eſt* pretium emptionis ejus, *ſive* pretium ejus, Levit. 25. verſ. 16., מִכֶּסֶף מִקְנָתוֹ de pecunia emptionis

tionis ſuæ, *i. e.* de pecunia, qua emptus fuerit, Levit. 25. verſ. 51., שְׂדֵה מִקְנָתוֹ ager emptionis ſuæ, Levit. 27. verſ. 22.

קְנַז Kenáz, *& juxta Vulg.* Cenez *nom. propr. viri*, Geneſ. 36. v. 11., *item nom. propr. civitatis principum Idumæorum*, Geneſ. 36. v. 42.

קְנִזִּי Kenizzí, *& juxta Vulg.* Cenezei, Geneſ. 15. v. 19., *nom. propr. populi, unius ſcil. ex variis Chananæi familiis; qui quidem populus è* Cenez *urbe nom. derivaſſe, ac propterea* Idumæus *intelligendus videtur*.

קנם *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus, Guarino interprete, eſt,* graviter oluit. *Inde, ut eidem videtur, Hebr. nomen cum* Nun *Heemant., videl.*

קִנָּמוֹן *m.* Cinnamonum, *id eſt* canna aromatica, præſtantiſſimum exſudans odorem, Proverb. 7. verſ. 17., Cantic. 4. v. 14. *Conſtr.* וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם & cinnamoni aromatis, *i. e.*, odorati, Exod. 30. v. 23. *Joa. Simon dictionem hanc derivat à rad. Arab.* קמן gratus, ſuavis fuit, *ita ſcil.*, *ut ſit pro* קִמְנוֹן *per metatheſin.*

קנן *In Kal inuſit. Inde* קִנֵּן nidificavit: *Joa. Simon arbitratur verbum hoc efformatum à nom.* קֵן nidus: *Præterit. fœm.* קִנְּנָה nidificavit, *& juxta Vulg.* habuit foveam, Iſa. 34. v. 15. *Plur.* קִנְּנוּ nidificaverunt, Ezech. 31. v. 6. *Futur.* תְּקַנֵּן nidificabit, Jerem. 48. v. 28. *Plur. in pauſa* יְקַנֵּנוּ nidificabunt, *ſive* nidificant, Pſalm. 104. verſ. 17. *Pyh. Partic. fœm. cum* Jod *paragog.*, מְקֻנַּנְתִּי quæ facta es ut nidificares, Jerem. 22. v. 23., *forma eſt ex Præter., & Participio compoſita, ut notat Buxtorfius.*

קוֹנֵן *Vide ſupra* קין *in Pih. Sed cum affix.* הַקְּנָנִי *vide ſupra* קָנָה *in Hiph. Item* קִנְיָן *vide ſupra poſt* קָנָה *inter nomina pag.* 1280.

קֵינָן Kenán, *& juxta Vulg.* Cainan, *nom. propr. filii Enos*, Geneſ. 5. v. 9.

קֵן *m.* Nidus, Pſalm. 84. v. 4., קֵן מְשֻׁלָּח nido emiſſa, *ſive* dimiſſa (avis), Iſa. 16. v. 2. *Sed metonymicè* קֵן *ſignificat* pullos in nido, *in quem ſenſum Vulg.*, *& alii acceperunt laudatum* Iſa. *locum*: *Item metaphoricè ſignificat quamvis* manſionem, cellulam: *Conſtr.*, *& cum* Makkaph *ſemel oc-*

currit קַן־צִפּוֹר nidus avis, Deut. 22. v. 6., כְּקֵן ſicut, quaſi nidus, Iſa. 10. verſ. 14. *Cum affix.* עִם־קִנִּי in nido meo, *id eſt* in cellula mea, Job. 29. v. 18., קִנֶּךָ nidus tuus, *id eſt* manſio, cellula tua, Numer. 24. verſ. 21., Jerem. 49. v. 16., Abd. 1. v. 4., יָעִיר קִנּוֹ, Deut. 32. v. 11., excitat, provocat nidum ſuum, *i. e.* pullos ſuos in nido, *continens pro contento*: יָרִים קִנּוֹ eriget, *ſive* elevabit, extollet (aquila) nidum ſuum, Job. 39. v. 27., לָשׂוּם בַּמָּרוֹם קִנּוֹ ad collocandum in excelſo nidum ſuum, *id eſt* manſionem ſuam, Habac. 2. v. 9., מִן־קִנָּהּ de nido ſuo, Prov. 27. v. 8.

* קֵנֶץ; *Unde plur. conſtr.* קִנְצֵי *vide infra in* קֵץ *poſt* קצץ.

קְנָת Kenath, *nom. propr. urbis Menaſſitarum*, Numer. 32. verſ. 42.

קסם Divinavit. *Kimchi notat, hac voce deſignari omnem artem, quæ ad futura prænoſcenda ſive in bonum, ſive in malum exercetur. Partic.* קֹסֵם; Deut. 18. v. 10., Iſa. 3. v. 2., & הַקּוֹסֵם, Joſ. 13. verſ. 22., divinans, divinus, hariolus; *Plur.* קֹסְמִים, Deuter. 18. v. 14., Iſa. 44. v. 25., הַקֹּסְמִים, Ezech. 13. v. 9., Mich. 3. v. 7., harioli, divini, divinantes; וַלַּקֹּסְמִים (vocaverunt) divinos, 1. Sam. 6. v. 2. *Cum affix.* קֹסְמֵיכֶם divini veſtri, Jerem. 27. verſ. 9., 29. verſ. 8. *Infin. conſtr.* בִּקְסָם־לָךְ, Ezech. 21. v. 34., in divinando, *ſive* cum divinarent tibi; כִּקְסוֹם, Ezech. 21. v. 28., quaſi, *ſive* tanquam divinare; לִקְסָם־קָסֶם, Ezech. 21. verſ. 26., ad divinandum, *ſive*, *juxta Vulg.*, quærens divinationem; מִקְּסֹם, Mich. 3. v. 6., à divinando, *ſive*, *ut alii vertunt*, ne divinetis; *Vulg. habet* pro divinatione: *Imper.* קְסָומִי־נָא לִי divina quæſo mihi, 1. Sam. 28. v. 8. *Futur. plur. in pauſa* יִקְסֹמוּ divinant, *ſive* divinabant, Mich. 3. v. 11., וַיִּקְסְמוּ & divinarunt, 2. Reg. 17. verſ. 17., תִּקְסַמְנָה *fœm.* divinabitis, Ezech. 13. v. 23.

קֶסֶם *m.* Divinatio, Numer. 23. v. 23., חַטַּאת־קֶסֶם מֶרִי peccatum divinationis *eſt* rebellio, *ſive* inobedientia, 1. Sam. 15. verſ. 23., *ubi Vulg. habet*, quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare. *In bonum ſumitur* Proverb. 16. verſ. 10., *& poteſt dici* ſagacitas, oraculum: קֶסֶם, Ezech. 21. verſ. 26.,

Google

26., *& cum præfix.* הַקְּסָם, Ezech. 21. verſ. 27., divinatio: *Vide ſupra in Infinit. verbi* קְסֹם; *ubi etiam* מִקְסַם. *Sed* מִקְסַם *vide infra poſt hanc dictionem*: *Plural.* קְסָמִים divinationes, Deuter. 18. verſ. 10., 2. Reg. 17. v. 17., וּקְסָמִים בְּיָדָם, Numer. 22. v. 7., & divinationes in manibus ſuis, *id eſt metonymice*, & divinationum pretia in manibus ſuis *erant*.

קָסַם *Vide ſupra in* קסם: קְסָם, *&c. vide ſupra in verbo*.

קְסֹם, *ſive* קְסֹם, קָסוּמִי, *&c. Vide ſupra in eodem verbo*.

מִקְסָם *maſc.* Divinatio. *Conſtr.* וּמִקְסַם & divinatio, Ezech. 12. v. 24., 13. v. 7.

קָסַם *Vide ſupra* קוס *in Pih. pag.* 1252.

קֶסֶת *m.* Atramentarium, *vas ſcil.*, *in quo continetur* atramentum, *& pennæ*, *quod ad formam ciſtæ parvæ erat efformatum*, *ut habet Robertſon*: קֶסֶת הַסֹּפֵר atramentarium ſcribæ, Ezech. 9. vv. 2. 3., הַקֶּסֶת *idem*, Ezechiel. 9. verſ. 11.

קְעִילָה Kehiláh, *& juxta Vulgat.* Ceila, *nom. propr. urbis*, *nunc*, *Hieron. teſte*, *villulæ Tribus Judæ*, Joſ. 15. v. 44.

קָעַע *Radix Hebræis inuſit. Inde*, *geminata prima radicali*, *efformatur Pihel* קַעֲקַע, *quod Chaldæis eſt*, ſtigmate notavit, *in honorem ſcil. idoli*, ſcalpſit: *Ex quo nomen Hebr.*, *quod ſequitur*

קַעֲקַע *maſc.* Stigma *variè inciſum*, *ſeu variis lineis* ſignatum: וּכְתֹבֶת קַעֲקַע לֹא תִתְּנוּ, Levit. 19. v. 28., & ſcripturam ſtigmatis non facietis, *juxta Buxtorfium*, *alioſque*; *quidam vero una cum LXX. vertunt*, & literas punctu, *acus ſcil.*, non facietis; *Vulg. habet*, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis; *Jo. Simon. dictionem hanc derivat à* יָקַע luxatus eſt, divulſus, avulſus fuit.

קָעַר *Radix Hebræis inuſit.*, *Chaldæis vero eſt*, profundus fuit. *Inde*, *ut multis videtur*, *eſt*

קְעָרָה *fœm.* Scutula, ſcutella, *propriè* profundior, vaſis *ſcil. cujuſdam genus*, *quo in libationibus*, *& ſolemnioribus epulis ad commiſcendos*, *ſeu temperandos cibos*, *vel etiam ad vinum diluendum uti ſolebant*, *quemadmodum poſt alios habet Robertſon in Lex. Sed Calmet comment. in* cap. 25. Exod. v. 28. *exiſtimat*, קְעָרָה *nomine poſſe non immeritò intelligi genus*

 aliquod

aliquod amplioris ſcutellæ, *in qua conficerentur panes propoſitionis. Conjecturam hanc ſuam firmat ex eo primum, quod* karon *Arabibus eſt* concava *admodum* ſcutella, *& ea ipſa in agro pro* mactris *utuntur ad recentes quotidie panes ſubigendos; tum ex eo, quod in* Numeris cap. 7. *quicumque offerunt ſua* קְעָרוֹת, *plena ſemper exhibent farinâ oleo ſubactâ: Vulg. dictionem hanc, ſcil.* קְעָרָה, *reddit* acetabulum, *quod propriè, auctore Plin.* lib. 21. c. 34., *erat menſura* XV. *drachmarum, ſeu heminæ quarta portio; uſurpatur etiam interdum pro* aceti vaſe. *Lata tamen quadam ſignificatione uſi ſunt veteres hac voce* acetabulum *ad deſignanda varia menſarum* vaſa liquidis *deſtinata, quemadmodum eſt Quintiliano* lib. 1., *& Martinio, in verbo* acetabulum, *animadverſum, & probat Calmet laudato in loco: Cum præfix.* הַקְּעָרָה הָאַחַת כֶּסֶף ſcutula, *ſive* ſcutella una argenti, *id eſt* argentea, Numer. 7. v. 84. *Conſtr.* קַעֲרַת־כֶּסֶף אַחַת ſcutula, ſcutella argenti, *ſive* argentea una, Numer. 7. verſ. 13., *&c. Plur.* הַקְּעָרֹת, Numer. 4. v. 7., *& conſtr.* קַעֲרֹת, Numer. 7. v. 84., ſcutulæ, ſcutellæ: *Cum affix.* קְעָרֹתָיו ſcutulæ, ſcutellæ, *ſive* acetabula ejus, Exod. 25. verſ. 29., 37. verſ. 16.

קפא Concrevit, coagulatus, condenſatus eſt: *Præter. plur.* קָפְאוּ תְהֹמֹת concreverunt, *ſive* coagulatæ, *& juxta Vulg.* congregatæ ſunt abyſſi, Exod. 15. verſ. 8. *Partic. plur.* הַקֹּפְאִים עַל־שִׁמְרֵיהֶם, Sophon. 1. v. 12., qui concreti, coagulati ſunt cum fæcibus ſuis; *Vulg. habet*, (& viſitabo ſuper viros) defixos, *i. e., qui inſtar rerum* coagulatarum *ſtant immobiles*, in fæcibus ſuis: *Futur. plur.*, *quantum ad formam, cum* Nun *paragog. in pauſa* יִקְפָּאוֹן *vide paullo poſt in nom.* קִפָּאוֹן. *Hiph. Fut. cum affix.* וְכַגְּבִינָה תַּקְפִּיאֵנִי & ſicut caſeum coagulaſti me, Job. 10. v. 10.

קִפָּאוֹן *maſc. Occurrit ſemel* Zach. 14. v. 6., *ſed cum* Jod *ab initio, ita ſcil.* לֹא־יִהְיֶה אוֹר יְקָרוֹת יִקְפָּאוֹן, *ibi tamen multi, poſt LXX., Vulgat., alioſque veteres, exiſtimant cum Maſſor. pro* יִקְפָּאוֹן *legendum cum* Vau וְקִפָּאוֹן; *variant autem inter ſe in ejuſdem textus intelligentia. Nam LXX. ſunt interpretati*, ὐκ ἔςαι φῶς, καὶ ψύχη, καὶ πάγος, *id eſt, ut habet Vulg.*, non erit lux, ſed frigus, & gelu;

lu; *Alii reddunt*, non erit lux pretioſitatum, & concretionis, *ſive* lux pretioſa, & concreta, *vel* coagulata, denſa, *ita ut ſenſus ſit, tempus illud nec planè lucidum, hoc eſt lætum, nec planè tenebroſum, hoc eſt triſte futurum, ſed medium, in quo triſtia lætis miſcebuntur. Videantur Interpretes.*

קָפַד -ד- *In Kal inuſit. Inde Pih.* קִפֵּד præcidit: *Præter.* קִפַּדְתִּי כָאֹרֵג חַיַּי præcidi ut textor vitam meam, Iſa. 38. v. 12., *id eſt*, ad finem perduxi, ut textor pertextam telam præcidit.

קִפֹּד *maſc.*, Iſa. 14. v. 23., anataria, *aquilæ ſpecies lacus amans, uti ſentiunt Buxtorfius, & quidam alii: Kimchi ſcribit, eſſe* avem deſerta loca incolentem; *R. Salom.* ericium *hic exponit, &* Iſa. 34. v. 11. noctuam *explicat. Sed Græcis, & Vulg. conſtanter eſt* ἐχῖνος ericius, *nempe terreſtris, qui, ut notat Bochartus de* animal. lib. III. cap. 36., *æſtate in ſepibus, hyeme in truncis arborum, aut in terræ ſcrobibus degit. Quam quidem vocis hujus interpretationem probat, multiſque confirmat laudatus Auctor. Exiſtimat autem Joa. Simon.*, ericium *dictum* קִפֹּד *ab* horridis aculeis, *ex ſignificatione radicis Syr.* קפד horruit, horripilavit.

קְפָדָה *fœm.*. Excidium, *ſive, ut redditur à Vulg., Aqu., & Theod.*, anguſtia, Ezech. 7. verſ. 25., *ubi jungitur verbo maſculino, unde videtur* ה *paragogicum eſſe, ut ſcribit Kimchi in comment.. Habet etiam accentum in penultima, vel ob monoſyllabam vocem ſequentem, vel quod* ה *ſit paragogicum, & ita maſculinum eſſe poſſet* קֶפֶד, *vel* קְפָד.

קָפַז -ד- *Radix inuſit. Sed Chald., & Arab., item Rabbinis, & in Targum eſt*, ſubſiliit, inſiliit, *alias Arab.* קפט, *&* קפס, *Chald.* קפץ, *ut notat Joa. Simon. Inde eſt nomen Hebr., quod ſequitur*,

קִפּוֹז *m.*, Iſa. 34. v. 15., merula, *juxta Buxtorfium, & quoſdam alios;* Merula *autem avis eſt* ſaltuatim *incedens: Bocharto, & Joa. Simoni videtur eſſe* ſerpens jaculus, *à* ſaltu *ſic dictus, quia in arbores, & in viatores* inſiliit: *Sed Græci, Chald., Syrus, Arabs, Vulg., Hieron., R. Salomon, Ab. Eſra, Kimchi in lib. Radicum, & quotquot fere ſunt, Hebræi reddunt* ericium, *ac ſi* קִפּוֹז *ſit idem, quod* קִפֹּד,

ita

ita ſuadente ſcil. ſoni vicinitate, & literarum ז, & ר, *facili permutatione*.

קִפָּאוֹן; *Inde* יְקִפָּאוֹן *vide* קפא *pag.* 1286.

קָפַץ Occluſit, obdidit, contraxit, conſtrinxit: *Item* ſubſiliit, tranſiliit, ſubſultavit; *quem poſtremum ſenſum derivant nonnulli ex eo, quod, qui* exſiliunt, *ſive* ſubſiliunt, contractis, *ſive* ſtrictis *pedibus properant, quemadmodum reptilia, quæ ſcil.* contractione *celerius prorepunt. Sed Joa. Simon arbitratur*, ſubſiliendi *ſignificationem eſſe Chald. Præterit.* אִם־קָפַץ בְּאַף רַחֲמָיו an occluderet, *ſive* concluſit, continebit in ira miſericordias ſuas, Pſalm. 77. verſ. 10. *Fœm.* וְכָל־עַוְלָה קָפְצָה פִּיהָ, Pſalm. 107. v. 42., & omnis iniquitas occludat, *ſive* occluſit, & *juxta Vulg.* oppilabit os ſuum; & *ita* Job. 5. v. 16., *ubi Vulg. reddit*, contrahet: *Futur.* וְלֹא תִקְפֹּץ אֶת־יָדְךָ & non contrahes, *ſive* non occludes manum tuam, Deut. 15. v. 7. *Plur.* עָלָיו יִקְפְּצוּ מְלָכִים פִּיהֶם ſuper eum occludent, & *juxta Vulgat.* continebunt reges os ſuum, Iſa. 52. v. 15. *Niph. Futur. plur.* יִקָּפְצוּן, Job. 24. v. 24., occludentur, *ſcil. ſepulcro, ita Buxtorſius; Alii reddunt*, conſtringentur, *ita ſcilicet, ut ſe loco movere nequeant; Vulgat. cum aliis habet*, auferentur, *q. d.* excidentur, *i. e.* claudetur os eorum, & repente occidentur, ne forte voce ſua clament. *Pih. Partic.* מְקַפֵּץ ſubſultans, ſubſiliens, Cant. 2. v. 8.

קֵץ *Vide poſt* קצץ; *Sed* קֵץ *vide in* קוץ.

קָצַב Præcidit, abſcidit, cæcidit, *ita tamen concinnè, ut in* præcidendo *ſervetur æqualitas, & menſura. Hinc Rabbini, ut habet Robertſon, hoc verbo utuntur pro* præfinire, præſcribere, limitare: *Partic. Pahul fœm. plur.* שִׁנַּיִךְ כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת, Cant. 4. verſ. 2., dentes tui ſicut grex præciſarum, *i. e.* tonſarum, *ſcil. ovium, deeſt ſiquidem ſubſtantivum, atque ita cum Vulgat., & Buxtorſio vertunt multi; At Pagninus, Junius, Bochartus* Part. I. lib. II. cap. 45. de animalibus *&c., aliique reddunt*, dentes tui ut grex, *ſive* ſimiles gregi ovium æqualium, *i. e., ut exponunt Ab. Ezra hoc in loco, & Kimchius in Lexico, ejuſdem ſtaturæ, & menſuræ, ac ſi unaquæque* cæſa fuiſſet *adinſtar ſcalæ ſuæ: Futur.* וַיִּקְצָב־עֵץ, 2. Regum 6. verſ. 6., &

præ-

præcidit lignum, *æqualiter ſcil., q. d., inquit Rabbi David*, & præcidit lignum in menſura, *ut eſſet manubrium ferro*.

קֶצֶב *m.* Præciſio, inciſio, cæſura: קֶצֶב אֶחָד cæſura eadem, 1. Reg. 7. verſ. 37., *id eſt, eadem, & æqualis proportio omnibus erat: Plur. conſtr.* לְקִצְבֵי הָרִים ad præciſiones montium, Jon. 2. v. 7., *i. e.*, radices, fines, extremitates, *ubi montes* præciſi *videntur*.

קָצָה Scidit, ſuccidit, præcidit, abſcidit, abraſit, amputavit, decurtavit, detruncavit, *propriè finem, & extremitatem: Aliud* קָצֶה *vide infra inter nomina; item* קָצֵהוּ *vide infra in nom.* קָצָה: *Infin.* קְצוֹת־עַמִּים exſcindendo populos, Habd. 2. v. 10. *Pih. Partic.* מְקַצֶּה רַגְלַיִם detruncans pedes, Prover. 26. v. 6., *ubi Vulg. habet*, claudus pedibus; מִקְצָה, *&* מִקְצֵה *vide infra in nom.* קָצָה; *item* מִקְצָת, *&* מִקְצַת *vide infra inter nomina, ſuo proprio loco: Infin.* לְקַצּוֹת בְּיִשְׂרָאֵל, 2. Reg. 10. v. 32., truncare, *juxta Buxtorfium, aliis eſt* exſcindere, abſcindere, *vel, ut habet Vulgat., petita ſignificatione à* קוץ tædere, tædio affici in, *vel* ſuper Iſrael. *Hiph.* הִקְצָה; *ſed* הַקְצָה *vide infra in nom.*, מֵהָקִיץ, הֵקִיץ, *&c. vide pag.* 1254. *Præter. plur.* וְאַחֲרֵי אֲשֶׁר הִקְצוּ quem abraſerint, Levit. 14. v. 41. *Infin.* הִקְצוֹת אֶת־הַבַּיִת, Levit. 14. v. 43., *ubi* Chirek *eſt loco* Pathach, & poſtquam abraſerint domum, *ſive* poſtquam abraſa fuerit domus; *Vulg. habet*, & pulvis eraſus.

קָצֶה *m.* Finis, extremum, extremitas, *quaſi* præciſum *dicas: ubi enim res* præciditur, *ibi ejus* finis *eſt. Vide infra* קָצֵה *inter nomina. Bochartus, Ludovicum de Dieu ſequutus*, Part. I. lib. II. cap. XXXIV. de animal. *pag.* 356. *multis probat, vocem* קצה *ſignificare non ſemel* univerſitatem, *ſive* totum, *ita ut* extremum, *&* totum, *ſive* in univerſum *haberi debeant ut ſynonyma; quia, addit ille*, extrema *pertinent ad* complementum *rei; neque ullus dici poteſt* totum *orbem peragraſſe, donec venerit ad* extrema: *Cum præfix.* מִן־הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה ab extremo ad extremum, Exod. 26. v. 28., כָּל־הָעָם מִקָּצֶה, Geneſ. 19. v. 4., totus populus ab extremitate, *i. e.* in univerſum, *ſive, ut habet Vulg.*, ſimul; עִירוֹ מִקָּצֶה, Jerem. 51. verſ. 31., civitas ejus

ab

ab extremitate, *ſive* à ſummo, *id eſt* tota: *Conſtr.* קָצֶה וַיַּרְא מִשָּׁם finis, Exod. 16. v. 35., Numer. 20. v. 16., קְצֵה הָעָם, Num. 22. v. 41., & vidit inde extremitatem, *ſive* extremam partem populi, *id eſt* totum exercitum uſque ad extremam partem, *ut patet ex* Numer. 23. verſ. 13., בִּקְצֵה in extremitate, *ſive* extrema parte, Gen. 23. v. 9., בִּקְצֵה הַמַּחֲנֶה, Numer. 11. v. 1., ab extremitate caſtrorum, *id eſt*, *ut quidam cum Bocharto exponunt*, per univerſa caſtra; *Vulg. habet*, (devoravit) extremam caſtrorum partem; בִּקְצֵה הַמַּיִם in extremo, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *& alios*, in parte aquarum, Joſ. 3. verſ. 15., וּבִקְצֵה תֵבֵל & in extremitatem orbis, *ſive* in totum orbem, Pſalm. 19. v. 5., מִקְצֵה à fine, poſt finem, Geneſ. 8. v. 23., Deuter. 14. v. 28., וּמִקְצֵה אֶחָיו לָקַח חֲמִשָּׁה, Gen. 47. v. 2., & de, *ſive* ex extremitate fratrum ſuorum, *id eſt* ex omnibus fratribus ſuis accepit quinque, *ita cum Bocharto multi*; *Alii vertunt*, & partem fratrum ſuorum tulit, *quia* קָצֶה extremitas *eſt* pars *in integro*, *ſeu toto aliquo*; *Vulgat. habet*, extremos quoque fratrum ſuorum: מִקְצֵה, *&c. vide infra in nomine* קָצָה: וּלְמִקְצֵה & ab extremo, à ſummo, Deuter. 4. verſ. 32., וְעַד־קָצֵהוּ & uſque ad extremum ejus, Geneſ. 47. v. 21., אֶפֶס קָצֵהוּ, Numer. 23. verſ. 13., tantummodo extremitatem, *id eſt* partem ejus (videas); בְּקָצֵהוּ in extremitatem, *ſive* in finem ejus, Exod. 19. verſ. 12., אִישׁ לְבִצְעוֹ מִקָּצֵהוּ, Iſa. 56. v. 11., quiſque ad avaritiam ſuam ab extremo ejus, *i. e.* ad unum omnes; *item* de fine ejus, Ezech. 25. v. 9. *Plur. cum affix.* מִקְצֵיהֶם, *ubi deficit* Dageſch *in* Koph, Ezech. 33. v. 2., ab extremitatibus, *& juxta Vulg.* de noviſſimis ſuis: *Sed aliis*, *etiam hoc in loco*, קצה *eſt* univerſitas, *redditurque*, è medio omnium ſui, *ſive* ex omnibus ſe.

קֵצָה *m.* Extremitas, finis, Iſa. 2. v. 7., Nah. 2. v. 10., 3. vv. 3. 9. *Sed* קֵצֶה *vide in* קֵץ *poſt* קָצַץ.

קָצָה *f.* Extremum, finis: *Cum præfix* מִקָּצָה ab extremo, *& juxta Vulg.* in latere, *& in* ſummitate partis, Exod. 25. v. 19., 37. v. 8. *Conſtr.* קְצָת, *&* מִקְצָת *Chald. vide infra ſuo loco inter nomina*: *Cum præfix.* וּמִקְצָת יָמִים & à fine,

ſive

ſive poſt finem dierum, Dan. 1. verſ. 15., *& cum affix.* וּמִקְצָתָם & à fine, *ſive* poſt finem illorum, *ſcil. annorum*, Dan. 1. v. 5. *Plur.* קְצוֹת, *& conſtr.* קְצוֹת extremitates, fines, *item* partes, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, Exod. 25. v. 18., 37. v. 7. *Cum præfix.* הַקְּצוֹת *vide ſupra in verbo*; לִקְצוֹת־הָאָרֶץ ad fines terræ, Job. 28. v. 24., *ſed* לִקְצוֹת *vide ſupra in verbo*; מִקְּצוֹת ab extremitatibus, *& juxta Vulgat.* à ſummitate, ab extremis, 1. Reg. 6. v. 24., Iſa. 41. v. 9., *ſed* מִקְּצוֹת הָעָם, 1. Reg. 12. v. 31., 13. v. 33., *varie redditur*: *Quidam ita exponunt*, (conſtituit Sacerdotes) ex extremis populi, *id eſt* infimis: *Verum eos falli, exiſtimat Bochartus cum aliis; quia ibi Jeroboam redarguitur, quod, neglecta Levitica Tribu, & Aaronis familia, alios elegerit ſibi Sacerdotes* ex extremis populi; *quum autem è Levitica etiam Tribu nonnulli fuerint* infimi *ordinis, utpotequi ſupplices ſe proſternebant pro obolo, & fruſto panis*, 1. Sam. 2. v. 36., *hinc per τὸ* ex extremis populi *intelligendum, non quidem* ex infimis, *ſed* ex univerſo populo *fuiſſe ab Jeroboamo electos Sacerdotes. Tamen, pace tanti viri, optime ſtat, fuiſſe Jeroboamo in crimen vocatum, quod, non ſolum ex quàlibet Tribu, ſed etiam* ex infimis *cujuſque Tribus Sacerdotes conſtituerit. Aliud ſiquidem eſt, quod in Tribu Levitica fuerint aliqui adverſà fortunà* infimi ordinis; *aliud vero, quod datà operà* ex infimis populi *fuerint in ſacrorum miniſtros electi*: *Vulg. vertit*, de extremis populi, *& alio loco*, de noviſſimis populi. *Cum affix.* קְצוֹתָיו, Exod. 24. v. 19., 27. v. 4., 28. v. 7., *ſed* 37. v. 8., 39. verſ. 4. *ſcribitur* קְצוֹוֹתָו, *cum gemino ſcil.* Vau, *quaſi legendum fuiſſet* קְצָוֹתָו, *ut mox in* קַצְוָה, *quod vide*, *ſed juxta Maſſorethas* Vau *redundat*, *atque legendum* קְצוֹתָיו, extremitates, *vel* ſummitates ejus; אֵת שְׁנֵי קְצוֹתָיו אָכְלָה, Ezech. 15. verſ. 4., duas, *vel* ambas extremitates ejus, *& juxta Vulg.* utramque partem ejus conſumſit; עַל־קְצוֹתָם uſque ad extrema eorum, Pſalm. 19. verſ. 7., מִקְצוֹתָם, Jud. 18. verſ. 2., 2. Reg. 17. verſ. 32., ex univerſitatibus ſuis, *i. e.*, *ut multi exponunt*, ex omnibus ſuis, *qui aliquem* ſublimem *tenebant gradum*, *ſive* ex hominibus cujuſque ordinis; *Alii vero reddunt*, ex obſcuris hominibus,

bus, qui inter eos; *Vulg. ultimo in loco vertit*, de noviſſimis.

קְצָה *f. Chald.* Extremitas, finis: *Conſtr.* לִקְצָת, *& juxta Maſſor.* לִקְצָת poſt finem, Daniel. 4. vv. 26. 31. *Vide infra aliud* קְצָת.

קְצָו *maſc. Idem ac ſupra, ſed mutata tertia radicali* ה *in* ו: *Plur. conſtr.* קַצְוֵי extremitates, fines, termini, Pſalm. 48. v. 11., 65. v. 6., Iſa. 26. v. 15.

קְצָוָה *fœm. Idem ac ſupra: Inde plur.* קְצָוֹת, Pſal. 65. v. 9., fines, termini; *& cum præfix.* הַקְּצָוֹת, Exod. 38. v. 5., extremitates, *ſive, juxta alios*, ſummitates.

קִיצוֹן *maſc.* Extremum: *Inde fœm.* הַקִּיצוֹנָה extrema, extremum: בִּשְׂפַת הַיְרִיעָה הַקִּיצוֹנָה, Exod. 26. v. 4., in ora cortinæ extremæ, *i. e. ſecundæ, ut habet Chald., vel, ut alii exponunt*, in ora cortinæ, in extremo, *inquam*, ipſius cortinæ; *& ita* Exod. 26. v. 10., 36. vv. 11. 17.

קְצָת *Chald.* Pars, *à toto* abſciſſa: מִן־קְצָת ex parte, Dan. 2. v. 42., לִקְצָת *vide ſupra in nom. Chald.* קְצָה.

מִקְצָת *fœm.* Pars, *item* finis: וּמִקְצָת כְּלֵי & partem vaſorum (tradidit), Dan. 1. v. 2., וּמִקְצָת יָמִים & à fine, *ſive* poſt finem dierum, Dan. 1. v. 15., וּמִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת, Nehem. 7. v. 70., tum pars capitum paternarum familiarum, *id eſt* aliqui, quidam, *ſive* nonnulli è primoribus, *ſive* de principibus familiarum, *quemadmodum cum Vulgat. exponunt multi, & Rabbini etiam: Vide ſupra in nom.* קָצָה *pag.* 1290., וּלְמִקְצָת הַיָּמִים & poſt finem dierum iſtorum, Dan. 1. v. 18. *Cum affix.* וּמִקְצָתָם, Dan. 1. v. 5., & à fine iſtorum, *id eſt* exactis illis annis, *ut cum R. Saadia notant Buxtorfius, aliique tam veteres, quam recentiores; à quibuſdam tamen redditur*, & pars illorum, *ſive* aliqui, quidam ex illis.

קֶצַח *maſc.* Melanthium, nigella, gith, *herbæ, ſive ſeminis cujuſdam genus, quod panes gratiſſimè condit, uti tradit Plinius* lib. XIX. cap. 8., *&* lib. XX. cap. 17. *Aben Eſra ſcribit*, gith *ſemen eſſe* cymino *minus, & nigrum: Occurrit autem apud* Iſa. 28. vv. 25. 27.

קָצַן *Radix Hebræis inuſit. Ejuſdem tamen primævam ſignificationem derivant nonnulli à Radice Arab.* חצן, *quæ in* 5. *Conjug.*

5. *Conjug. ſonat*, nobilis, *&* præclarus fuit. *Nam, ut notat Joa. Simon, verba incipientia à literis* חצ, *&* קצ *in multis conveniunt. Inde eſt nom. Hebr., quod ſequitur.*

קָצִין *maſc.* Dux, ductor, princeps, Proverb. 6. v. 7., 25. verſ. 15., Iſa. 3. verſ. 6., Dan. 11. v. 18. *Cum præfix.* וְהָיִיתָה לָּנוּ לְקָצִין & eſto nobis in ducem, Jud. 11. v. 6. *Conſtr.* קְצִין עָם princeps populi, Iſa. 3. verſ. 7. *Plur. conſtr.* וּקְצִינֵי & principes, duces, judices, Joſ. 10. v. 24., Iſa. 1. verſ. 10., Mich. 3. vv. 1. 9. *Cum affix.* כָּל־קְצִינַיִךְ omnes duces tui, Iſa. 22. v. 3.

קִיצוֹנָה *fæm: Vide ſupra in* קִיצוֹן *pag.* 1292.

קצע Abſcidit, abraſit, decorticavit, *& Æthiop., ut admonet Jo. Simon, eſt,* incurvavit; *Arab. vero,* curvatus eſt: *Sed Hebr. in Kal non occurrit. Partic. fæm. paſſivum plural. in Pih.* מְקֻצָּעוֹת *vide infra in nomine* מִקְצוֹעַ: *Vide etiam inter ipſa nomina* מַקְצֻעָה. *Hiph.* הִקְצִיעַ tectorio nudavit, lituram, *vel* ſuperficiem muri abraſit, *juxta Buxtorfium, alioſque; item, juxta quoſdam,* dolavit: *Futur.* וְאֶת־הַבַּיִת יַקְצִעַ מִבַּיִת, Levit. 14. verſ. 41., & domum nudabit-tectorio, *vel* circumradet intrinſecus, *juxta Buxtorfium, ſive, ut quidam vertunt,* abradet, abradat intrinſecus; *Vulgat., aliique habent,* domum jubebit abradi intrinſecus: *Partic. fæm. in Hoph. vide in nom.* מִקְצוֹעַ.

קְצִיעָה *f.* Caſia, *non quidem medicinæ, ſed aromatis ſpecies, ſive, arbuſcula, frutex aromaticus, cujus cutis* abraditur: *Nam* caſia *ſolo* cortice *eſt commendabilis; dicta* קְצִיעָה, *quod ſit* decorticata, *vel* decorticanda, *ut ſcil. vel ipſa, ſicca, vel ipſius cortex fiat aroma. Occurrit tantum in plur.* קְצִיעוֹת, Pſalm. 45. verſ. 9., caſiæ, *plur. ad emphaſin, ut notant quidam; Alii cum Joa. Simone vertunt,* cortices caſiæ abraſi, *&* decorticati.

מִקְצוֹעַ, *&* מִקְצֹעַ *m.* Angulus, *q. d.* locus *ædificii* abſciſſus, *ſive* abruptus, *in quo nimirum velut* abſcinditur *ſuperficies, & deſinit; eſt enim* angulus *linearum duarum* ſectio. *Hinc uſurpatur etiam pro* extremitate, latere, *&* parte: *Quibuſdam videtur* angulus *dictus* מִקְצוֹעַ *ex ſignificatione radicis Æthiop., & Arab., quaſi ſcil.* locus *ædificii* incurvatus. *Cum præfix.* וְעַל־הַמִּקְצוֹעַ, 2. Paral. 26. verſ. 9., in angulo,

gulo, *& juxta quoſdam cum Vulgat.* in latere; מִן־הַמִּקְצֹעַ ab angulo, Nehem. 3. verſ. 20., עַד־הַמִּקְצוֹעַ וְעַד־הַפִּנָּה, Nehem. 3. v. 24., uſque ad angulum, & uſque ad angulum; *nam utraque vox idem ſignificat*, angulum *ſcil. in muro præcipuum; Quidam autem arbitrantur*, מִקְצֹעַ *eſſe* angulum interiorem *ædificii*, *ſive* partem muri incurvam; פִּנָּה *vero eſſe* angulum exteriorem, *ſive* alam quandam, *quâ muri pars ſuprema muniebatur; Vulg. vertit*, uſque ad flexuram, & uſque ad angulum: מִנֶּגֶד הַמִּקְצוֹעַ contra angulum, *ſive*, *juxta alios*, contra flexuram, *vel* à proſpectu, è regione flexuræ, *ſive* curvaturæ, Nehem. 3. v. 25., בְּמִקְצֹעַ in angulo, Ezech. 46. verſ. 21. *Plur. conſtr.* אֶל־אַרְבַּעַת מִקְצוֹעֵי per quatuor angulos, Ezech. 46. verſ. 21. *Plur. fœm.* מִקְצֹעוֹת, Ezech. 46. verſ. 22., *& cum præfix.* הַמִּקְצֹעוֹת, Exod. 26. v. 24., 36. v. 29., anguli: *Cum affix.* וּמִקְצֹעוֹתָיו & anguli ejus, Ezech. 41. v. 22. *Inde, ut quidam cum Joa. Simone exiſtimant, efformatum Partic. plur. fœm. in Pyh. cum præfix.* לִמְקֻצְעֹת הַמִּשְׁכָּן, Exod. 26. verſ. 23., 36. v. 28., angulatis, *ſive* angulariis tabernaculi; *At LXX., Vulg., Buxtorfio, aliiſque eſt nomen, redditurque*, angulis, *vel* in angulis tabernaculi: *Item Partic. plur. fœm. in Hoph.* מִדָּה אַחַת לְאַרְבַּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת, Ezech. 46. v. 22., menſura una quatuor ipſis, *atriis ſcil.*, angulatis, *ſive* angularibus, *i. e.* in angulis conſtitutis; *Vulg. vertit*, menſuræ unius quatuor erant. *Vide, quod ſequitur*.

מַקְצֻעָה *fœm.* Angulus: *Plur.* יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת, Iſa. 44. v. 13., aptat illud in angulos, *ita Buxtorfius, & cum ipſo multi; Vulg. vertit*, fecit illud in angularibus: *R. Salomoni, quem ſequuntur Joa. Simon, aliique*, τὸ מַקְצֻעוֹת *ſunt* dolabræ, ſcalpra, *inſtrumenta ſcil.*, *quibus faber lignarius* abſcindit, *&* abradit, complanat, lævigat, *&* dedolat *lignum. In numero autem plural. uſurpatur, quia, ut habet Robertſon, ad hoc opus duo ſunt inſtrumenta*, dolabra *ſcil.*, *aut* planula major, *&* minor. *Sed R. Jonah reddit*, aptavit illud regulà, *ſive* amuſſi.

קָצַף Ferbuit, efferbuit, ſpumavit: *Metaphoricè tantum de* irato *dicitur*, *pro*, irà efferveſcere, *quod* gravius irati *aliquando* ſpument; *atque tunc reddendum*, graviter ſucccenſuit,

ſuit, vehementer iratus eſt: *Conſtruitur abſolutè, & cum Præpoſit.* עַל. *Præter.* קָצַף עַל־עֲבָדָיו efferbuit, *ſive* iratus eſt contra ſervos ſuos, Geneſ. 41. v. 10., אֲשֶׁר קָצַף qua ſuccenſus eſt, Deut. 9. v. 19., קָצַפְתָּ efferbuiſti, iratus es, Iſa. 64. v. 4., Thren. 5. v. 22., קָצַפְתִּי irâ efferbui, iratus ſum, Iſa. 47. verſ. 6. *Partic.* קֹצֵף ſuccenſens, iraſcens, Zach. 1. v. 15. *Infin. cum præfix.* מִקְּצֹף עָלַיִךְ, Iſa. 54. v. 9, ab efferveſcendo, *id eſt* ne efferveſcam, *ſive* iraſcar contra te: *Futur.* אֶקְצוֹף, Iſa. 57. verſ. 16., iraſcar; וְאֶקְצֹף, Iſa. 57. v. 17., & iratus, indignatus ſum; תִּקְצֹף ſuccenſebis, ſuccenſeas, iraſcaris, Num. 16. verſ. 22., Iſa. 64. v. 8., יִקְצֹף efferveſcet, ſuccenſebit, ſuccenſeat, iraſcatur, Levit. 10. v. 6., Joſ. 22. v. 18., Eccleſ. 5. v. 5., וַיִּקְצֹף & efferbuit, iratus eſt, Geneſ. 40. v. 2. *Plur.* וַיִּקְצְפוּ & efferbuerunt, & irati ſunt, 1. Sam. 29. verſ. 4. *Hiph.* הִקְצִיף irâ efferveſcere fecit, ad iram concitavit, provocavit: *Præter.* הִקְצַפְתָּ אֶת־יְהוָה irâ efferveſcere feciſti, *ſive* ad iracundiam provocaſti Dominum, Deut. 9. v. 7. *Plur.* הִקְצַפְתֶּם efferveſcere feciſtis, ad iram provocaſtis, Deut. 9. v. 8. *Partic. plur.* מַקְצִפִים facientes irâ efferveſcere, ad iram provocantes, Deut. 9. verſ. 22. *Infin. cum præfix.* בְּהַקְצִיף אֲבֹתֵיכֶם, Zach. 8. v. 14., cum ad iracundiam provocaſſent patres veſtri: *Futur. plural.* וַיַּקְצִיפוּ עַל־מֵי & ad iram provocarunt juxta, *ſive* ad aquas, Pſalm. 106. v. 32. *Hithp. Præter.* וְהִתְקַצַּף & efferbuerit, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, & iraſcetur, & irâ apud ſe efferveſcet, Iſa. 8. v. 21.

קְצַף *Chald. in Peal ſignificat idem ac ſupra. Inde Præterit.* וּקְצַף שַׂגִּיא, Dan. 2. v. 12., & efferbuit, & iratus eſt vehementer; *Sed Vulg.*, *& quibuſdam aliis eſt nomen*, *redditurque*, & irâ magna; *vide*, *quæ ſequuntur*.

קֶצֶף *maſc.* Spuma, *quæ in ſuperficie aquæ* efferveſcentis, *&* æſtuantis: *Item metaphoricè* ira, fervens *ſcil.*, *& quaſi* ſpumans, fervor, indignatio, Num. 1. v. 53., *&c.*, *& in pauſa* וָקֶצֶף & ira, indignatio, Ecclèſ. 5. v. 16., Eſth. 1. v. 18. *Cum præfix.* הַקֶּצֶף ira, Num. 17. v. 11., וּבְקֶצֶף & in indignatione, Deuter. 29. v. 27., כְּקֶצֶף, Hoſe. 10. verſ. 7., quaſi ſpuma; *ſed quidam*, *hoc in loco*, *cum Kim-*

chio intelligunt cremium, *ſive* quiſquilias; *alii pauci* fragmentum arboris, *ſive* rami, *à rad. Arab.* קצף fregit: מִקֶּצֶף יְהוָה propter fervorem Domini, *ſive*, *juxta Vulg.*, ab irâ Domini, Jerem. 50. verſ. 13. *Cum affix.* בְּקִצְפִּי in fervore meo, *ſive* in irâ, in indignatione mea, Iſa. 60. verſ. 10., אַל בְּקֶצְפְּךָ תוֹכִיחֵנִי ne in fervore tuo corripias me, Pſalm. 38. v. 2., וְקִצְפֶּךָ (à facie indignationis tuæ) & iræ tuæ, Pſalm. 102. verſ. 11., מִקִּצְפּוֹ à fervore ſuo, *ſive* ab irâ, indignatione ſua, Jerem. 10. v. 10.

קְצַף *m. Chald.* ira: דִּי־לְמָה לֶהֱוֵא קְצַף עַל־מַלְכוּת, Eſdr. 7. v. 23., cujus, *ſcil. Dei*, ut quid futura eſt ira contra regnum? *ita Pagninus*, *Arias Montanus*; *LXX. autem verterunt*, *μή ποτε γένηται ὀργὴ ἐπὶ τὴν βασιλείαν*, *i. e.*, *ut habent Vulg.*, *Junius*, *Tremellius*, *aliique*, ne forte iraſcatur, *ſeu* ſit ira (*Dei*) contra regnum.

קְצֹף; *Inde* מִקְצֹף *vide ſupra in Infin. verbi* קָצַף.

קְצָפָה *f.* Spuma, *juxta Buxtorfium*, *& quoſdam alios*: וּתְאֵנָתִי לִקְצָפָה, Joel. 1. v. 7., (poſuit) & ficum meam in ſpumam, *i. e.*, rem nihili, *juxta Ab. Eſram*: *Quidam exponunt* in clavum, *vel* fungum, *qui ſcil.* effervеſcentia *quædam*, *&* ſpuma *eſt in arbore*, *q. d.* in decorticationem, *ſive quod* decorticata eſt, *ob multam ſiccitatem*; *Vulg. verbaliter reddit*, & ficum meam decorticavit: *Bochарto in* Hieroz. P. II. pag. 469., *& Joa. Simoni in* Lex. τὸ קְצָפָה *eſt* fractio, fractura, *ex ſignificatione radicis Arab.*

קָצַץ Abſcidit, concidit, præcidit, amputavit, truncavit, mutilavit, *de* extremitate *propriè dicitur*. *Præter. cum* ה *paragog.* וְקַצֹּתָה אֶת־כַּפָּהּ & amputabis, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, & abſcindes manum illius, Deuter. 25. v. 12. *Partic. Pahul plur. conſtr.* וְעַל כָּל־קְצוּצֵי פֵאָה, Jerem. 9. v. 25., & ſuper omnes amputatos, *ſive* præciſos latere, *vel* angulo, *id eſt*, attonſam, *&* circumraſam comam habentes, *ut mos fuit Arabum*. *Aliam expoſitionem vide in* פֵּאָה. *Pih. Præter.* קִצֵּץ, Exod. 39. v. 3., Pſalm. 46. v. 10., 129. v. 4., *&* קִצַּץ, 2. Reg. 18. v. 16., truncavit, concidit, confregit, confringet: *Futur.* וַיְקַצֵּץ & truncavit, *id eſt*, decerpſit, *vel*, præcidit, concidit, 2. Reg. 16. v. 16., 24. v. 13., 2. Paral. 28. v. 24. *Plur.*

־יְדֵיהֶם

וַיְקַצְּצוּ אֶת־יְדֵיהֶם & amputarunt manus eorum, 2. Sam. 4. v. 12. *Pyh. Partic. plur.* מְקֻצָּצִים mutilati, amputati, truncati, Jud. 1. v. 7.

קצץ *Chald. ſignificat idem ac ſupra: Unde Pahel Imper. plural.* וְקַצִּצוּ עַנְפּוֹהִי, Dan. 4. v. 11., & amputate, abſcindite, præcidite ramos ejus.

קְצִיץ Ketzis, *& juxta Vulg.* Caſis, *nom. propr. urbis*, Joſ. 18. v. 21.

קֵץ *m.* Finis, extremum, extremitas, *q. d.* abſciſſio rei: קֵץ כָּל־בָּשָׂר finis univerſæ carnis, Gen. 6. v. 13. *Cum præfix.* הַקֵּץ finis, 2. Paral. 21. v. 19., *&c.*, *ſed* הֲקֵץ nunquid finis? Job. 16. v. 3., לְקֵץ, *&* לְקֵץ, poſt finem, 2. Paral. 18. v. 2., Dan. 11. v. 6., ad finem, *ſive, juxta Vulg.*, ad præfinitum, Dan. 12. v. 13., *&* in fine, Dan. 6. v. 13., 12. verſ. 13., Habac. 2. verſ. 3., מִקֵּץ à fine, *i. e.* poſt, Geneſ. 4. v. 3., *&c.*, *item* מִקֵּץ הֱיוֹת לָהּ poſtquam factum fuiſſet ei, Eſth. 2. verſ. 12., *item* ab extremitate, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, ab extremis finibus, Jerem. 50. v. 26. *Cum* ה *paragogico*, קֵצֶה, Iſa. 2. v. 7., *vel* קֵצֶה, Nah. 2. verſ. 10., *&* 3. v. 9., finis, *eſtque* Milhel, *ſive penacutum, propter* ה *paragogicum, ut ſcribit Ab. Eſra*: מִקְצֵה *vide ſupra poſt* קצה *pag.* 1290. *Cum affix.* קִצִּי finis meus, Job. 6. v. 11., Pſal. 39. v. 5., קִצֵּנוּ finis noſter, Thren. 4. v. 18., קִצֵּךְ finis tuus, Jer. 51. v. 13., וְאָבוֹא מְרוֹם קִצּוֹ, Iſa. 37. v. 24., & introibo altitudinem extremitatis ejus; וּבָא עַד־קִצּוֹ, Dan. 11. v. 45., & veniet uſque ad extremitatem, *ſive* ſummitatem ejus; finis *enim eſt tam in* principio, *ſive* vertice, *quam in* fine, *ſive* imo; וְקִצּוֹ & finis ejus, Dan. 9. v. 26. *Et cum* ה *loco* Vau, מְלוֹן קִצֹּה, 2. Reg. 19. v. 23., & habitaculum extremitatis, *vel* finis ejus: *Plur. conſtr.* תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין ponetis fines ſermonibus, Job. 18. v. 2., *cum* Nun *loco* Dageſch, *more Chaldaico*.

קָצַר Abbreviavit, decurtavit, ſecuit, abſcidit, *& ſpeciatim* fruges; *unde* meſſuit, demeſſuit: *Item intranſitivè* abbreviatus, decurtatus, anguſtatus, imminutus eſt, *&* breve, curtum fuit, *aut* factum eſt: *Metaphoricè, junctum cum nomine* יָד *indicat* abbreviationem, *&* imminutionem

potentiæ agendi; *junctum vero cum nomine* נֶפֶשׁ, & רוּחַ, *opponitur* longanimitati, & patientiæ, *adeoque* abbreviatio ſpiritus, *ſive* animæ *exprimit ejuſdem* impatientiam, indignationem, tædium, & mærorem; ſpiritus *enim*, *ſive* cor *in mœrore* contrahitur, & *in gaudio* dilatatur, *ut eſt Joa. Simoni animadverſum*. *Præt.* קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ Iſa. 28. v. 20., brevius eſt ſtratum quam ut (quis in eo) ſe ſe extendat; *Vulg. vertit*, coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat: & *cum præfix.* ה *interrog.*, הֲקָצַר רוּחַ יְהוָה nunquid abbreviatus eſt ſpiritus Domini? Mich. 2. v. 7. *Fœm.* הֲקָצוֹר קָצְרָה יָדִי, Iſaia 50. verſ. 2., nunquid abbreviando abbreviata eſt manus mea? *Plur. in pauſa* וְקֹצִים קָצָרוּ & ſpinas meſſuerunt, Jerem. 12. v. 13., עַוְלָתָה קְצַרְתֶּם iniquitatem meſſuiſtis, Hoſe. 10. v. 13., וּקְצַרְתֶּם אֶת־קְצִירָהּ & meſſuiſtis, *ſive* meſſueritis ſegetem, *ſive* fruges ejus, Levit. 23. v. 10. *Partic.* קוֹצֵר, Pſalm. 129. verſ. 7., & *cum præfix.* הַקּוֹצֵר, Jerem. 9. v. 21., metens, meſſor; וְנִגַּשׁ חוֹרֵשׁ בַּקּוֹצֵר & attinget arator ad meſſorem, Amoſ. 9. v. 13. *Plur.* קֹצְרִים, 1. Sam. 6. v. 13., & *cum præfix.* הַקּוֹצְרִים, & *ſine* Vau הַקֹּצְרִים, Ruth. 2. vv. 3. 5. 6., &c., metentes, meſſores; לַקּוֹצְרִים meſſoribus, Ruth. 2. v. 4. *Partic. Pahul plural. fœm.* וְהַלְּשָׁכוֹת הָעֶלְיוֹנֹת קְצָרוֹת, Ezech. 42. verſ. 4., & cubicula illa ſuperiora *erant* abbreviata, *id eſt, ut cum Vulg. habent multi*, erant humiliora, *ſive* arctiora, ſtrictiora: *Infin. cum præfix.* הֲקָצוֹר nunquid abbreviando? Iſa. 50. v. 2., לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לִקְצֹר, Levit. 19. v. 9., non conſummabis, *ſive* finies extremitatem agri tui metendo; וְלִקְצֹר & ad metendum, 1. Sam. 8. v. 12. *Cum affix. in pauſa* בְּקָצְרָךְ in metendo te, *i. e.* quum meſſueris, Levit. 23. v. 22., וּבְקֻצְרְכֶם, Levit. 19. verſ. 9., 23. v. 22., & in metendo vos, *i. e.* quando meſſueritis: *Imper. plural.* וְקִצְרוּ & metite, 2. Reg. 19. verſ. 29., Iſa. 37. v. 30., Hoſe. 10. v. 12. *Futur.* תִקְצֹר, Levit. 25. v. 5., Deut. 24. v. 19., & תִקְצוֹר, Mich. 6. verſ. 15., metes; יִקְצוֹר, Eccl. 11. v. 4., Iſa. 17. verſ. 5., & יִקְצָור־, Proverb. 22. v. 8., metet: *Sed fœm.* הֲיַד יְהוָה תִּקְצָר nunquid manus Domini abbreviabitur, *ſive* abbreviata eſt, *id eſt, ut optime reddit Vulg.*, invalida eſt?

eſt ? Num. 11. v. 23., תִּקְצַר רוּחִי, Job. 21. v. 4., abbreviabitur, abbreviaretur, *id eſt* anguſtiis, *ſive* toedio, moerore conficeretur ſpiritus meus; וַתִּקְצַר נֶפֶשׁ־הָעָם & anguſtata eſt, *id eſt* tœduit, *ſive*, *juxta Vulg.*, & tædere cœpit animam populi, Numer. 21. verſ. 4., וַתִּקְצַר נַפְשׁוֹ, Jud. 10. v. 16., & abbreviata eſt anima ejus, *id eſt* voluntas ejus, *ſive* indignatio ejus, *qua antea ſcilicet fuerat Deus conteſtatus*, non addam, ut ſervem, *ſive* liberem vos; *unde bene cum Vulgat. reddunt multi*, doluit (ſuper miſeriis eorum), *q. d.*, *non potuit ultrà æquo animo ferre Iſraelis anguſtias*: *ità ibidem* cap. 16. verſ. 16., imminuta eſt, *ſive* elanguit, *&* *juxta Vulg.*, *alioſque*, defecit anima ejus, *videl. Samſonis*: *Plur.* תִּקְצְרוּ metetis, Lev. 25. verſ. 11., *& in pauſa* יִקְצֹרוּ, Pſalm. 126. v. 5., Hoſe. 8. v. 7., *& etiam*, *juxta Maſſor.*, Job. 24. v. 6., *licet ſcriptum legatur* יִקְצִירוּ, *item cum* Nun *paragog.* יִקְצֹרוּן, Ruth. 2. v. 9., metent, metunt, demetunt; *Cum affix.* יִקְצְרֻהוּ metent eum, Job. 4. v. 8. *Sed fœm.* תִּקְצֹרְנָה abbreviabuntur, *ſive* abbreviantur, decurtantur, Proverb. 10. v. 27. *Pih. Præter.* קִצַּר יָמָי, Pſal. 102. v. 23., decurtavit, abbreviavit dies meos, *ità Buxtorfius*, *aliique*; *Sed LXX.*, *Vulg.*, *Auctor editionis Syriacæ*, *& alii verterunt*, paucitatem dierum meorum (nuntia mihi); *ſic autem ſunt interpretati*, *quia legerunt* קֹצֶר *pro* קִצַּר, *& ex verſu ſequenti has duas dictiones* אֹמַר אֵלִי dicam deus mi *deprompt*as *adſcripſerunt verſui præcedenti*, *ita tamen legentes* אֱמֹר אֵלַי dic mihi: *Quam quidem interpretationem defendit Gilbertus Genebrardus ſuis in Pſalmos comment. Hiph. Præterit.* הִקְצַרְתָּ יְמֵי עֲלוּמָיו decurtaſti dies adoleſcentiæ ejus, Pſalm. 89. verſ. 46., *Vulgat. ibidem vertit*, minoraſti dies temporis ejus; *nec immerito*: *nam* עֲלוּמִים *non* adoleſcentiam *ſolum*, *ſed &* annos, *ſive* tempora occultationis *ſignificat*: הַקָּצִיר *vide infra in nom.* קָצִיר: *Fut. plur.* יַקְצִירוּ, *vel*, *juxta quoſdam codices*, יַקְצִירוּ, *vide ſupra in Kal.*

קָצֵר *m.* Abbreviatus, decurtatus, brevis, curtus, contractus: הַקָּצֵר *vide ſupra in verbo*: *Conſtruct.* קְצַר יָמִים brevis dierum, *i. e.*, *ut cum Vulg. exponunt alii*, brevi vivens tempore; קְצַר־אַפַּיִם brevis irarum, Prov. 14. v. 17., *id eſt*,

 iracundus,

iracundus, præceps ad iram, *qui ſcil.* citò iraſcitur, *vel* facilis eſt ad iracundiam, *cui inter offenſionem, & indignationem breve prorſus intercedit* ſpatium; *& ibidem* v. 29., קְצַר־רוּחַ brevis ſpiritu, *i. e.*, præceps animo, *ſive* impatiens, iracundus; *Plur. conſtr.* קִצְרֵי יָד breves manu, 2. Reg. 19. v. 26., Iſa. 37. v. 27., *id eſt*, contracti, manci, *juxta Buxtorfium*; *Sed Vulg., & alii habent*, breviati, humiles manu, *i. e.* impotentes, imbecilli, infirmati virtute, *ſive* potentia agendi.

קֹצֶר *m.* Brevitas, imminutio; *& metaphoricè* impatientia, tædium, anguſtia; *ſic* מִקֹּצֶר רוּחַ præ anguſtia ſpiritus, Exod. 6. verſ. 9.

קוֹצֵר, *&* קֹצֵר, *&c. Vide ſupra in verbo.*

קָצָר: *Inde* בְּקֻצְרְכֶם, *&* בְּקֻצְרָהּ *vide ſupra in verbo.*

קָצוֹר, *&* קָצֹר, *&c. Vide ſupra in eodem verbo.*

קָצִיר *maſc. Eſt*, I. Meſſis, *tempus videl.* abſciſſionis *frugum*, Geneſ. 8. v. 22., 45. v. 6., Joſ. 3. v. 15., *&c.*, בִּימֵי קָצִיר in diebus meſſis, 2. Sam. 21. v. 9., אֶל־קָצִיר, 2. Sam. 23. v. 13., in meſſe, *id eſt* tempore meſſis; וְהָיָה קָמָה קָצִיר כֶּאֱסֹף, Iſa. 17. v. 5., & erit ſecundum colligere, *id eſt* ſicut cum colligit meſſem ſegetis adhuc ſtantis, *Aliis τὸ* קָצִיר, *hoc in loco*, *eſt* meſſor, *ſicuti* Proverb. 23. verſ. 28. præda *ponitur pro viro* prædæ; *unde reddunt*, & erit ut cum colligit meſſor ſegetem adhuc ſtantem: II. *Metonymicè ipſæ* fruges: III. Ramus, frons, *ab* amputando. *vel* decurtando, Job. 14. v. 9. *Cum præfix.* הַקָּצִיר meſſis, Exod. 23. verſ. 17., בַּקָּצִיר in meſſe, Exod. 34. verſ. 21., Prov. 6. v. 8., לַקָּצִיר ad meſſem, *ſive* uſque ad meſſem, Amoſ. 4. verſ. 7. *Conſtr.* בִּימֵי קְצִיר־חִטִּים in diebus meſſis tritici, Gen. 30. v. 14., קְצִיר־הַשְּׂעֹרִים meſſis hordeorum, Ruth. 2. v. 23. *Cum. affix.* בִּקְצִירִי in ſegete mea, in meſſe mea, *& juxta Buxtorfium, alioſque*, in ramo meo, Job. 29. v. 19., קְצִירְךָ meſſis, ſeges tua, fruges tuæ, Levit. 19. verſ. 9., 23. v. 22., 25. v. 5., Deut. 24. v. 19., Jerem. 5. v. 17., *fœm.* וְעַל־קְצִירֵךְ & ſuper meſſem tuam, Iſa. 16. verſ. 9., קְצִירְכֶם meſſis veſtra, Levit. 23. v. 10., קְצִירוֹ, 1. Sam. 8. v. 12., Job. 5. v. 5., קְצִירָהּ, Levit. 23. verſ. 10., Iſa. 27. v. 11.,

meſſis

meſſis ejus, meſſis ſua, *id eſt* ſegetes, fruges ejus; *Sed* Job. 18. v. 16., יִמַּל קְצִירוֹ *à Buxtorſio, & quibuſdam aliis redditur*, ſuccidetur ramus ejus; *Vulgat. vertit*, atteratur meſſis ejus: *Plur. cum affix.* תְּשַׁלַּח קְצִירֶיהָ miſit ramos ſuos, *& juxta Vulg.* extendit palmites ſuos, Pſalm. 80. v. 12.

קִיקָלוֹן *m. Vide ſupra poſt* קוא *pag.* 1238.

קִיקָיוֹן *Vide ſupra in* קיק *pag.* 1264.

קָרָא *Significat*: I. Vocavit, advocavit, accerſivit, evocavit, invitavit, convocavit, invocavit: II. Nominavit, nuncupavit, nomen indidit: III., *Addito* בְּשֵׁם, invocavit nomen (*alicujus*); *& quandoque ſonat, publicè* prædicavit, profeſſus eſt, glorificavit, celebravit; *item ad aliquid ſpeciatim. & nominatim* deſtinavit; *item ab alterius nomine* denominavit, *&* cognominavit: IV. Clamavit, exclamavit, inclamavit, *propriè* voce *ſignificativa*, *conceptis*, *& exſpreſſis* verbis, *qua ratione ab aliis* clamandi *verbis differt*: V. Proclamavit, promulgavit, indixit: VI. Evenit, obvenit, occurrit, *quæ ſignificatio ad* קָרָה *pertinet*: VII., *Ubi ad ſcripturam, vel librum refertur, eſt*, legit, *q. d.* pronunciavit de ſcripto: VIII. *Metonymicè* vocari *interdum idem eſt, ac* revera eſſe. *Conſtruitur cum* לְ, *ſive Dativo*, *& Accuſat.*, *& cum præpoſit.* בְּ, אֶל, עַל. *Notandum quoque*, *quod τὸ* קָרָא vocavit *perſæpe imperſonale eſt*, *& intranſit.*, *i. e.* vocatus, vocatum eſt: *Præter.* וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה & tenebras vocavit, *ſive* nuncupavit noctem, Gen. 1. v. 5., קָרָא שְׁמָהּ vocatum eſt nomen ejus, Geneſ. 11. verſ. 9., Exod. 15. v. 23., קָרָא יְהוָֹה בְּשֵׁם בְּצַלְאֵל, Exod. 35. v. 30., vocavit Dominus ex nomine, *id eſt* elegit, deſtinavit diſertè, *&* nominatim Betzalel; קָרָא שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא vocatum eſt nomen loci illius, Ioſ. 7. v. 26. *Cum præfix.* וְקָרָא לוֹ & vocavit, *ſive* nuncupavit, nominavit illud, Exod. 33. v. 7., וְקָרָא לְךָ & advocet, invitet te, Exod. 34. v. 15., וְקָרָא עָלֶיךָ &, *ſive* ne clamet contra te, Deut. 15. v. 9., וְקָרָא בוֹ & leget in eo, *ſive* illud, Deut. 17. verſ. 19., וְקָרָא בְּשֵׁם־יְהוָֹה & invocaret, *ſive* publicè glorificaret, celebraret nomen Domini, 2. Reg. 5. v. 11., וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה & clamabat alter ad alterum, *id eſt ad ſe invicem*, Iſa. 6. v. 3. *Cum affix.* קְרָאַנִי vocavit me, Iſa. 49.

49. v. 1., קְרָאָךְ vocavit te, Iſa. 54. v. 6., וּקְרָאָהוּ *vide in* קָרָה: *Fœm.* קָרְאָה vocavit, appellavit, Gen. 29. v. 35., 30. v. 6., 1. Paral. 4. v. 9., *ſed* קָרְאָה, *& conſtr.* קְרַאת *vide infra poſt* קָרָה *inter nomina*: *Et cum terminatione Chald.* וְקָרָאת שְׁמוֹ & vocabitur nomen ejus, Iſa. 7. v. 14., *aliud vide infra in 2. perſ. fœm.*, קָרָאתָ vocaſti, Jud. 12. verſ. 1., invocaſti, Pſalm. 81. v. 8., *ſed* קָרָאתָ בָהּ legiſti in eo, Jerem. 36. v. 14., וְקָרָאתָ & vocabis, Geneſ. 17. v. 19., וְקָרָאתָ אֵלֶיהָ לְשָׁלוֹם, Deut. 20. verſ. 10., & clamabis, *ſive* proclamabis ad eam pro pace, *id eſt*, *ut optime exponit Vulgat.*, offeres ei primum pacem; וְקָרָאתָ, Jerem. 51. v. 61., & legeris: *Fœm.* וְקָרָאת & vocabis, Geneſ. 16. v. 11., Iſa. 60. v. 18., *ubi Vulg. reddit*, & occupabit, *videtur propterea legiſſe* קָרִית *à* קָרָה, *ſeu verius à* קָרָא, *ſed in ſenſu Arabis probato*; *ipſis ſiquidem* τὸ קרא *eſt* collegit in unum, *item* arctè tenuit, *ut notat Joa. Simon*; *Aliud* קָרָאת *vide in* קָרָה; *& cum* Jod *paragog.* קָרָאתִי לִי, Jerem. 3. v. 4., vocabis me, Jerem. 3. v. 4., *ubi Maſſora monet legendum abſque* Jod: קָרָאתִי vocavi, invocavi, clamavi, Exod. 31. v. 2., *&c.*, וְקָרָאתִי & vocabo, convocabo, invocabo, Exod. 2. v. 7., *&c. Cum affix.* קְרָאתִיךָ vocavi te, Numer. 24. v. 10., invocavi te, Pſalm. 17. verſ. 6., קְרָאתִיו vocavi eum, Cant. 5. verſ. 6., Iſa. 48. verſ. 15. *Plur.* קָרְאוּ, Jud. 18. v. 12., *& in pauſa* קָרָאוּ, Pſalm. 14. v. 4., vocarunt, invocarunt; *item* prædicaverunt, indixerunt, 1. Reg. 21. v. 12., בְּשִׁמְךָ לֹא קָרָאוּ, Jerem. 10. v. 25., in nomine tuo non vocant, *id eſt* nomen tuum non invocant, *ſive* invocaverunt; וְקָרְאוּ & accerſent, advocabunt, Deut. 25. verſ. 8., & clamabunt, Eſth. 6. v. 9., & vocabunt, *ſive* vocabant, Job. 1. v. 4., Iſa. 60. verſ. 14. *Cum affix.* קְרָאֻנִי *vide infra in* קָרָה; *ſed* קִרְאוּהוּ *vide infra in Imperativo*; קְרָאתֶם vocaſtis, Jud. 14. verſ. 15., (&) vocabitis, Levit. 23. v. 21., קְרָאֻנוּ *vide infra in Infin. Partic.* קֹרֵא, *&* קוֹרֵא vocans, invocans, Job. 12. v. 4., Pſal. 42. v. 8., *item* clamans, Iſa. 21. v. 7., 40. v. 3., וְאֵין־קוֹרֵא בְשִׁמְךָ, Iſa. 64. verſ. 6., & non vocans in nomine tuo, *id eſt* & non invocans nomen tuum; קֹרֵא לָכֶם convocans omnes, Jerem. 1. verſ. 15., קֹרֵא לְכָל indicens,

indicens, *ſive* prædico vobis, Jerem. 34. verſ. 17., לְמַעַן יָרוּץ קוֹרֵא בוֹ ut percurrat legens in eo, *ſive* eum, Habac. 2. v. 2. *Aliud vide inter nomina*: *Cum præfix.* עַל־כֵּן קָרָא שְׁמָהּ עֵין הַקּוֹרֵא propterea appellatum eſt nomen ejus, fons invocantis, Jud. 15. v. 19., מִקּוֹל הַקּוֹרֵא à voce clamantis, Iſa. 6. verſ. 4. *Plur.* קֹרְאִים, *ex Syriſmo pro* קֹרְאִים, invocantes, Pſalm. 99. v. 6., *&* *conſtr.* בְּקֹרְאֵי inter invocantes, Pſalm. 99. v. 6. *Cum affix.* לְכָל־קֹרְאֶיךָ omnibus invocantibus te, Pſalm. 86. v. 5., לְכָל־קֹרְאָיו omnibus invocantibus eum, Pſalm. 145. v. 18. *Sed fœm. plur. cum affix.* קֹרְאֹתַיִךְ *vide in Particip. verbi* קָרָה: *Particip Pahul* קְרוּא־לָהּ vocatus ipſi, *id eſt* ab ipſa invitatus, Eſth. 5. verſ. 12. *Plur.* קְרֻאִים vocati, invitati, 2. Sam. 15. verſ. 11., וּקְרוּאִים & celeberrimi, *ſive* celebrati, famigerati, Ezech. 23. v. 23., *&* *cum præfix.* הַקְּרוּאִים, *&* הַקְּרֻאִים invitati, 1. Samuel. 9. vv. 13. 22., 1. Reg. 1. vv. 41. 49. *Conſtr.* קְרִיאֵי הָעֵדָה, Numer. 1. v. 16., *ubi ſcribitur cum* Jod, *ſed legendum* Vau *in medio*; *item* קְרוּאֵי הָעֵדָה, Numer. 26. verſ. 9., *ubi etiam*, *juxta quoſdam*, *legendum* קְרוּאֵי, *alii tamen cum Maſſorethis putant* Vau *eſſe loco* Jod, *propterea referunt ad nomen* קָרִיא, *quod vide infra*, *redditur autem in utroque loco à Buxtorfio*, *aliiſque*, vocati cœtus, *id eſt* convocati è cœtu, *nempe tanquam* præcipui, *&* celebriores, *qui ad conſilia capienda*, *&* *ardua peragenda eligi ſolent*; *Vulgat. habet*, nobiliſſimi principes multitudinis, *&* *alibi*, principes populi: *Cum affix.* קְרֻאָיו vocati ſui, Soph. 1. verſ. 7., קְרֻאֶיהָ invitati ejus, *ſive*, *juxta Vulg.*, convivæ ejus, Prov. 9. v. 18. *Infin.* קְרֹא vocare, 1. Sam. 3. vv. 6. 8., Iſa. 8. verſ. 4., *ſed ibidem* capit. 1. verſ. 13., קְרֹא מִקְרָא *ſignificat* convocare congregationem, *i. e.*, *ut quidam exponunt*, *indictionem feſtivitatis*, *ſive feſtum indictum*, *inſtitutum*; *LXX. verterunt* καὶ ἡμέραν μεγάλην & diem magnam (non fero); *Vulgat. habet*, & feſtivitates alias: *Item ex forma quieſcentium tertia radicali* ה, *&* *cum* Vau *otioſo*, קְרֹאות vocare, Jud. 8. v. 1. *Cum præfix.* בִּקְרֹא in legendo, *ſive*, *ut habet Vulg.*, legente, Jerem. 36. v. 13., כִּקְרֹא cum legiſſet, 2. Reg. 5. v. 7., Jerem. 36. v. 23., לִקְרֹא invocare, Geneſ. 4. verſ. 26.,

ad

ad invocandum, *ſive* ut invocent, Soph. 3. verſ. 9., ad vocandum, ad accerſendum, Exod. 10. v. 16., Numer. 16. verſ. 12., *&c.*, לִקְרֹא עָלֶיךָ ad prædicandum, *ſive* ut prædicent de te, Nehem. 6. v. 7., ut prædicarem, Iſa. 61. vv. 1. 2., prædicando, indicendo, Jerem 34. vv. 8. 15. 17., legendo, Jerem. 36. verſ. 8.., כְּכַלֹּתְךָ לִקְרֹא cum abſolveris, *ſive* compleveris tu legere, Jerem. 51. verſ. 63., *item* ad convocandum, Dan. 2. verſ. 2. *Cum affix.* בְּקָרְאִי in invocando me, *ſive* cum invocarem, Pſal. 4. v. 2., cum clamavero, Pſal. 4. v. 4., *&* 141. v. 1., clamando, Pſalm. 69. v. 4., בְּכָל־קָרְאֵנוּ אֵלָיו, Deut. 4. verſ. 7., in omnibus quibuſcumque invocaverimus eum, *ita LXX.*, *& alii, juxta quos propterea deficit* אֲשֶׁר, *quod ſupplent*; *Alii vertunt*, in omnibus, quoties clamamus ad eum; *Vulgat. habet*, (adeſt) cunctis obſecrationibus noſtris; בְּיוֹם־קָרְאֵנוּ in die invocare nos, *id eſt* in die, quâ invocaverimus, Pſalm. 20. v. 10., בְּכֹל קָרְאָם אֵלֶיךָ, 1. Reg. 8. v. 52., in univerſis invocare eos te, *id eſt, ut optime reddit Vulg.*, in univerſis, pro quibus invocaverint te; בְּעֵת קָרְאָם אֵלַי in tempore clamare eos, *id eſt* tempore, quo clamaverint ipſi ad me, Jerem. 11. v. 14. *Imper.* קְרָא voca, Deut. 31. v. 14., 2. Sam. 17. v. 5., *&c.*, prædica, indic, Jud. 7. v. 3., Jerem. 11. v. 6., lege, Iſa. 29. vv. 11. 12., clama, Iſa. 40. v. 6., 58. verſ. 1., וּקְרָא־שֵׁם, Ruth. 4. v. 11., & prædica nomen, *ſcil.* tuum, *vel, juxta Pagninum, & quoſdam alios*, compares *tibi* nomen, *Vulg. reddit*, & habeat celebre nomen; *item* & voca, Job. 13. v. 22., & prædica, Jon. 1. v. 2., 3. verſ. 2. *Cum affix.* וּקְרָאֵנִי & invoca me, Pſalm. 50. verſ. 15., וּקְרָאֶנָּה & lege illud, Jerem. 36. v. 15. *Plur.* קִרְאוּ vocate, Jud. 16. v. 25., 1. Reg. 1. vv. 28. 32., clamate, 1. Reg. 18. verſ. 27., prædicate, indicite, 1. Reg. 21. v. 9., invocate, 1. Paral. 16. v. 8., Pſal. 105. verſ. 1., וְקִרְאוּ & invocate, 1. Reg. 18. v. 25., *& in pauſa* וּקְרָאוּ & legite, Iſa. 34. verſ. 16. *Cum affix.* קְרָאֻהוּ invocate eum, Iſa. 55. v. 6. *Fœm.* קְרֶאןָ לִי vocate me, Ruth. 1. verſ. 20.. *& per apocopen* קְרֶאןָ לוֹ vocate eum, Exod. 2. v. 20. *Futur.* אֶקְרָא invocabo, Deut. 32. v. 3.,

1. Sam.

1. Sam. 12. v. 17., clamabo, Pſalm. 3. v. 5., Iſa. 40. verſ. 6., וָאֶקְרָא & clamavi, Geneſ. 39. v. 14., & prædicavi, Eſdr. 8. v. 21., & vocavi, Eſdr. 5. verſ. 12., Jerem. 7. v. 13., *& cum* ה *paragog.* וָאֶקְרָאֶה לְךָ & vocavi te, 1. Sam. 28. v. 15., *& cum affix.* אֶקְרָאֶךָּ invocabo, invocavi te, Pſal. 86. v. 7., Thren. 3. v. 57., תִּקְרָא vocabis, Geneſ. 17. v. 15., Job. 14. v. 15., *item* leges, Deut. 31. verſ. 11., *& cum affix.* תִּקְרָאֵם leges illa, Jerem. 36. v. 6., *fœm.* תִּקְרְאוּ־לִי, Jerem. 3. v. 19., *ubi Maſſor., aliique notant legendum* תִּקְרְאִי, vocabis me; יִקְרָא vocabit, vocaret, Geneſ. 2. v. 19., 46. v. 33., *item* clamabit, Levit. 13. v. 45., וְשֶׁמֶן יְמִינוֹ יִקְרָא, Prover. 27. v. 16., & oleum, *ſive* unguentum dexteræ ſuæ, *vel quod eſt* in dextera ſua, clamabit, *vel* clamat, *id eſt ſe ſe odore ſuo velut* clamore *prodet*; *ſenſus propterea eſt*, mulier litigioſa *ſe* clamore *patefacit*, *ſicut* unguentum *odore*, *ſi* in manu *ſit*; *quidam cum Joa. Simone* τὸ יִקְרָא *reddunt*, colligit, *vel* tenet, *ex ſignificatione ſcil. radicis Arab.*, וַיִּקְרָא & vocavit, appellavit, Geneſ. 1. verſ. 5., 2. Sam. 18. verſ. 18., & invocavit, 2. Reg. 20. v. 11., & clamavit, Iſa. 21. v. 8., 36. v. 13., *item* & legit, Jerem. 36. verſ. 15. *Aliud vide in* קָרָה; *ſed* וִיקָרָא *vide in* יְקַר *Chald. pag.* 486. *Item imperſonaliter*, & vocatum eſt, Geneſ. 35. v. 8., Num. 11. v. 34., *&c.*, *Cum affix.* יִקְרָאֵנִי invocabit me, Pſalm. 89. verſ. 27., יִקְרָאוֹ, *irregulariter pro* יִקְרָאוֹ, vocabit eum, Jer. 23. v. 6., יִקְרָאֵהוּ vocabit eum, Iſa. 41. v. 2., יִקְרָאֵנוּ *vide in* קָרָה; וַיִּקְרָאֵהוּ & legit illud, *vel* eum, 2. Reg. 22. vv. 8. 10., Iſa. 37. v. 14., וַיִּקְרָאֶהָ & vocavit eam, 2. Reg. 4. verſ. 36., *item* & legit illud, Jerem. 36. v. 21., וַיִּקְרָאֵם & legit eas, 2. Reg. 19. v. 14., תִּקְרָא *fœm.* clamabit, vocabit, Proverb. 1. v. 21., 8. v. 1., 9. v. 3., וַתִּקְרָא & vocavit, appellavit, invocavit, Geneſ. 4. v. 25., *&c. Plur.* נִקְרָא vocabimus, vocemus, Geneſ. 24. v. 57., invocabimus, Pſalm. 80. v. 19. *Aliud vide in Niph. hujuſce verbi, & etiam in* קָרָה: *Plur.* תִּקְרְאוּ vocabitis, Levit. 23. vv. 2. 37., *item* celebrabitis, *ibidem* verſ. 4., יִקְרְאוּ vocabunt, vocabant, appellabant, Deuter. 2. vv. 11. 20. *Aliud*

vide

vide in קָרָה ; *& in pauſa* יִקְרָאוּ vocabunt, Deuter. 33. v. verſ. 19., invocabunt, Pſalm. 147. v. 9., וַיִּקְרְאוּ & vocaverunt, Geneſ. 19. v. 5., & clamaverunt, *vel* clamabant, Gen. 41. v. 43., & legerunt, Nehem. 8. v. 8., 9. verſ. 3., & prædicaverunt, *ſive* indixerunt, Jon. 3. verſ. 5., וְיִקְרְאוּ & clament, Jon. 3. v. 8., *& in pauſa* וַיִּקְרָאוּ & proclamarunt, 2. Reg. 10. verſ. 20., *& cum affix.*, *adſcito* Nun, *Syrorum more*, יִקְרָאֻנְנִי invocabunt me, Prov. 1. v. 28., יִקְרָאֻהוּ invocabunt eum, Pſal. 145. verſ. 18., וְאֶל־עַל יִקְרָאֻהוּ, Hoſe. 11. v. 7., & ad Excelſum, *ſive* Altiſſimum, *nempe Deum*, vocabunt, *vel* invitarint eum; *Vulg. vertit*, jugum autem imponetur eis; *unde pro* עַל *legiſſe videtur* עול jugum, *q. d.* ad jugum vocabitur, *nempe ab Aſſyriis*; תִּקְרֶאנָה vocabitis, Ruth. 1. vv. 20. 21., וַתִּקְרֶאנָה, Ruth. 4. v. 17., *& abſque* ה *in fine*, וַתִּקְרֶאןָ, Num. 25. verſ. 2., & vocaverunt; *Aliud vide in* קָרָה. *Niph. Præter.* נִקְרָא invocatum eſt, Deuter. 28. v. 10., *item* lectum eſt, Nehem. 13. v. 1. *Aliud vide ſupra in Futur.*, *& in verbo* קָרָה ; וְנִקְרָא & vocabitur, Deuter. 25. v. 10., & vocetur, *ſive* prædicetur, celebretur, 2. Sam. 12. v. 28., *Fœm.* וְנִקְרֵאָה, *ſed juxta Maſſor. legendum* וְנִקְרָאָה & vocabitur, vocaretur, Eſth. 2. v. 14., Zach. 8. v. 3., נִקְרֵאתִי vocata ſum, Eſth. 4. verſ. 11., *Aliud vide in* קָרָה : *Plur.* נִקְרְאוּ vocati ſunt, Iſa. 48. v. 2. *Partic.* הַנִּקְרָא vocatus, *ſive* qui vocatur, Iſa. 43. v. 7., *Plur.* נִקְרָאִים lecta, Eſth. 6. v. 1., *ſed* הַנִּקְרָאִים vocati, Iſa. 48. v. 1. *Infin.* נִקְרֹא *vide in* קָרָה : *Futur.* יִקָּרֵא vocabitur, vocatur, Geneſ. 2. v. 23., 17. v. 5., *&c.*, יִקָּרֵא לָךְ, Iſa. 1. v. 26., vocabitur tibi, *i. e.* vocaberis; *item* vocabitur, *id eſt* erit, Iſa. 56. v. 7. *Aliud vide in* קָרָה : וְיִקָּרֵא & invocabitur, Geneſ. 48. v. 16., & vocabitur, *ſive* vocaretur, Ruth. 4. v. 14., וַיִּקָּרֵא & vocatum fuit, vocatus eſt, 2. Sam. 18. v. 18., *&c. Aliud vide in* קָרָה : *Plur.* תִּקָּרֵאוּ vocabimini, Iſa. 61. verſ. 6., יִקָּרְאוּ vocabuntur, Geneſ. 48. verſ. 6., וַיִּקָּרְאוּ & vocati ſunt, Eſth. 3. v. 12., 8. v. 9. *Pyh. Præter.* קֹרָא לָךְ vocatum eſt tibi, *id eſt* vocatus es, Iſa. 48. v. 8., אֶל־גּוֹי לֹא־קֹרָא בִשְׁמִי, Iſa. 65. verſ. 1., ad gentem non vocatam

nomine

nomine meo, *i. e. quæ non dicebatur, aut reputabatur populus meus; Vulg. vertit*, ad gentem, quæ non invocabat nomen meum; *item* clamatum, acclamatum eſt, Ezech. 10. verſ. 13., וְקֹרָא לָךְ, Iſa. 58. verſ. 12., & vocabitur tibi, *id eſt* vocaberis; *item* & indetur tibi, Iſa. 62. v. 2.. וְקֹרָא לָהֶם אֵילֵי הַצֶּדֶק, Iſa. 61. v. 3., vocabitur *in* eis, *vel* vocabuntur *in* eis, *ſingul. videl. pro plur. poſito*, quercus juſtitiæ, *juxta Buxtorfium, alioſque, ſive* fortes juſtitiæ, *ut multi cum Vulgat. reddunt: Particip. cum affix.* מְקֹרָאִי, Iſa 48. v. 12., vocate mi, *ſive* vocatus meus, *id eſt* vocatus, & appellatus à me, *qui videl. nomen habes à me, & meum nomen præfers. Hiph.* הִקְרִיא; *Inde Futur.* תַּקְרֵא, *quod vide infra in* קָרָה: *Sed* וְיִקִירָא *Chald. vide ſupra pag. 486. in fine.*

קְרָא, *vel* קְרָה *Chald. ſignificat idem, quod Hebr.* קָרָא: *Partic. præſens* וְכָרוֹזָא קָרֵא & præco clamans, Daniel. 3. verſ. 4., *ita* c. 4. v. 11., 5. v. 7. *Partic. præteritum, ſive Pehil* קְרִי קֳדָמָי lecta, *ſcil. eſt*, coram me, Eſdr. 4. verſ. 18., *ſic* verſ. 23. *Infin.* לְמִקְרֵא ad legendum, Dan. 5. vv. 8. 16 *Futur.* כְּתָבָא אֶקְרֵא ſcripturam legam, Dan. 5. v. 17., כָּל־אֱנָשׁ דִּי־יִקְרֵה כְּתָבָה דְנָה, Dan. 5. verſ. 7., omnis homo, qui legerit, *id eſt* quiſquis, quicunque legerit ſcripturam hanc: *Plur.* יִקְרוֹן legerent, Dan. 5. v. 15. *Ithpehei Futur.* יִתְקְרֵי vocetur, Dan. 5. v. 12.

קְרֹא *Cum affix., & præfix. vide in Infin. verbi* קָרָא *in Kal.*

קְרָא; *Inde plur. conſtr.* קְרִאֵי *vide infra in nom.* קָרִיא.

קֹרָא, *& cum affix.* מְקֹרָאִי *vide ſupra in Pyh. verbi* קָרָא.

קֹרֵא, *&* קוֹרֵא *cum præfix., & affix. Vide ſupra in Particip. ejuſdem verbi; vide etiam, quæ ſequuntur.*

קֹרֵא *m. Nom. propr.* avis, קֹרֵא *dicta à* clamandò, *quod ſcil. deprehenſa* ſonum, *crepitum veluti edat; in ejuſdem tamen ſpecie aſſignanda variant Interpretes: Vulg., Buxtorfio, aliiſmultis una cum LXX., Aq., Sym., Theod. eſt* πέρδιξ, *id eſt* perdix; *Rabbi Salomoni eſt* cuculus; *& quibuſdam aliis* coturnix: *Bochartus mavult, eſſe* gallinaginis *genus, vocatæ* קֹרֵא, *quia* roſtrum *habet inſtar* pali, *qui Hebr.* קֹרָה *dicitur: Occurrit cum præfix.* הַקֹּרֵא, 1. Sam. 26. verſ. 20., Jerem. 17. v. 11.

קוֹרֵא, *&* קֹרֵא Kore, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 9. v. 19., 26. v. 1., 2. Paral. 31. v. 14.

קָרִיא *m.* Vocatus, *&* *quidem* diſertè, *&* nomine tenus, *ſive* denominatus, deputatus: *Plur. conſtr.* קְרִיאֵי הָעֵדָה. Numer. 1. verſ. 16., *ubi Maſſora legendum monet cum* Vau, *videl.* קְרוּאֵי, *contra ibidem* cap. 26. verſ. 9. *occurrit cum* Vau, *&* *juxta Maſſor. legendum cum* Jod, *videlicet* קְרִיאֵי, *redditurque utrobique*, vocati cœtus, *i. e.* convocati è cœtu, *nempe tamquam* præcipui, *&* celebriores, *ſive*, *ut habent Vulg.*, *aliique*, nobiliſſimi principes multitudinis, *&* populi: *Et abſque* Jod *indice* קְרִאֵי מוֹעֵד אַנְשֵׁי־שֵׁם, Numer. 16. verſ. 2., vocati cœtus, *id eſt* præcipui è cœtu convocati, *ſive* qui vocabantur in concionem, in concilium, viri nominis, *id eſt* celebres; *Vulgat. vertit*, qui tempore concilii per nomina vocabantur; מוֹעֵד *enim ſignificat etiam* tempus ad conveniendum conſtitutum.

קְרִיָא *f. Chald. vide infra in* קְרִיָה.

קְרָאָה, *&* קְרָאת *Vide ſupra in Præter. Kal verbi* קָרָא; קְרֹאות *vide ibidem in Infin.*

קְרָאָה *f.* Occurſus; *&* *Conſtr.* קְרַאת *cum præfix.*, *&* *affix. vide infra poſt* קָרָה *inter nomina*.

קְרִיאָה *f.* Proclamatio, prædicatio, præconium: וּקְרָא אֵלֶיהָ אֶת־הַקְּרִיאָה & prædica in ea præconium, *ſive* proclamationem, prædicationem illam, *id eſt mandatum*, *quod mox expreſſurus eſt*, Jon. 3. v. 2.

מִקְרָא *m.* Convocatio, *ſcil. populi*, populus convocatus, cœtus: מִקְרָא־קֹדֶשׁ, Exod. 12. v. 16., Levit. 23. vv. 3. 7. 8.; *&c.*, conventio ſancta, *ſive* indictio ſanctitatis, *id eſt* ſolemnis, celeberima, *&* ſancta, *quando ſcil.* populus, *à reliquis hujus vitæ negotiis vacans*, convenit, ut ſacris incumbat: *Sed cum præfix.* וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא, Nehem. 8. v. 8., & intellexerunt in lectione, *ſive* lectionem, *&* *juxta Buxtorfium*, *alioſque*, ſcripturam ſacram, *quæ* מִקְרָא *dicitur*, *quia* legitur; *unde* ſcriptura *quaſi* lectura *appellata*: לְמִקְרָא הָעֵדָה, Numer. 10. v. 2., ad convocationem cœtus, *ſive* conventus, multitudinis: *Plur. conſtr.* מִקְרָאֵי קֹדֶשׁ convocationes ſanctitatis, *i. e.*, ſanctæ, Levit. 23. v. 2. *Cum affix.* וְעַל־מִקְרָאֶיהָ & ſuper convocationes, *ſive* cœtus convocatos

vocatos

vocatos ejus, Iſa. 4. v. 5., *Vulg. autem ibidem habet*, & ubi invocatus eſt.

קְרָאַן , קָרָאן , יִקְרָאֻנְנִי *Vide ſupra in Imper.*, *& Fut. verbi* קָרָא.

קרב Appropinquavit, propinquus fuit, acceſſit, proceſſit, congreſſus eſt: *Conſtruitur cum Præpoſit.* ל, אֶל, *& interdum* עַל *pro* אֶל *uſurpato*: *Sed, ut obſervant Critici*, קָרַב *cum* עַל *ſignificat etiam* in acie congredi, cominus pugnare, bellare, manus conſerere: קָרַב אֵלֶיהָ acceſſerat ad eam, Geneſ. 20. v. 4. *Aliud vide in Pih. in Imper. Fœm.* קָרְבָה, Deuter. 15. verſ. 9., *& in pauſa* קָרֵבָה, Soph. 3. verſ. 2., appropinquat, appropinquavit; *Aliud vide in Imperativo*; וְקָרְבָה & accedat; Deut. 25. v. 11., קָרַבְתָּ, Thren. 3. v. 57., *& in pauſa* קָרָבְתָּ, Deut. 2. v. 37., appropinquaſti, acceſſiſti; וְקָרַבְתָּ & accedes, Deuter. 2. verſ. 19., וְקָרַבְתִּי & accedam, Malach. 3. verſ. 5. *Plur.* קָרְבוּ appropinquarunt, Deut. 31. v. 14. *Partic. ex forma Chald.*, *ut quidam putant*, קָרֵב, *ſed hoc vide inter nomina*: *Infin.* בַּל־קְרוֹב, Pſalm. 32. verſ. 9., *ubi multi cum Maſſor. legunt* קְרֹב, *ſcil. abſque* Vau, non appropinquando, *ſive* qui non appropinquat, non accedit (ad te); *ſed Pagninus*, *& quidam alii reddunt*, ne appropinquet (tibi); *Cum præfix.* בִּקְרֹב, Pſalm. 27. v. 2., in appropinquando, dum appropinquant; *item* בִּקְרָב־, 2. Sam. 15. v. 5., cum accederet, *& cum* ה *paragog.* לְקָרְבָה, Exod. 36. v. 2., ad accedendum; *Cum affix.* כְּקָרָבְכֶם, Deut. 20. verſ. 2., in procedere vos, *ſive* dum proceditis, dum congredimini (ad pugnam); *Vulg. habet*, appropinquante jam bello; *& mutato præcedenti* ה *paragog. in* ת, *inſtar fœm.*, בְּקָרְבָתָם in accedere eos, *i. e.* quando accedebant, *ſive* offerebant ipſi, Levit. 16. v. 1., וּבְקָרְבָתָם, Exod. 40. v. 32., & cum accederent: *Imperat.* קְרַב עַד־הֵנָּה accede hucuſque, 2. Sam. 20. verſ. 16., קְרַב אֵלֶיךָ אַל־תִּגַּשׁ־בִּי appropinqua ad te, ne attingito me, Iſa. 65. v. 5., *id eſt*, contine te, mane in tuo loco, ne accedas ad me; *& cum* ה *paragog.* קָרְבָה אֶל־נַפְשִׁי, Pſal. 69. v. 19., appropinqua, *& juxta Vulg.*, intende animæ meæ: *Plural.* קִרְבוּ accedite, appropinquate, Exod. 16. verſ. 9., Iſa. 34. v. 1., 48. verſ. 16., *item* procedite, *ſive*, *juxta Vulg.*, ite, Levit. 10.

10. v. 4., Joſ. 10. v. 24., קְרֵבָנָה *vide infra in* קָרֵב, *&* קָרְבָּנָה *vide infra in* קָרְבָּן: *Futur.* וָאֶקְרַב & acceſſi, *congreſſu ſcil. venereo*, Deut. 22. verſ. 14., Iſa. 8. verſ. 3., אַל־תִּקְרַב הֲלֹם ne accedas huc, Exod. 3. verſ. 5., *& in pauſa* לֹא תִקְרָב non accedes, Levit. 18. v. 14., וּבְטֶרֶם יִקְרַב & antequam accederet, Gen. 37. v. 18., *in pauſa* יִקְרָב accedet, Levit. 21. v. 18., וַיִּקְרַב & acceſſit, Levit. 9. v. 8., וַיִּקְרַב הַמֶּלֶךְ עַל־הַמִּזְבֵּחַ & acceſſit rex ad altare, 2. Reg. 16. v. 12., *ubi* עַל *pro* אֶל; *Vulg. reddit*, & veneratus eſt illud, *altare ſcil.*, acceſſit *ſiquidem* venerationis *ergo, ut ex ſerie orationis patet*; תִּקְרַב *fœm.* accedet, *congreſſu ſcil. venereo*, Levit. 20. verſ. 16., appropinquabit, accedet, Joſ. 7. verſ. 14., appropinquet, Pſalm. 119. v. 169., וַתִּקְרַב הַמִּלְחָמָה, 1. Reg. 20. v. 29., & appropinquavit bellum, *id eſt, ut optime reddit Vulg.*, commiſſum eſt bellum; *item* acceſſit, Eſth. 5. v. 2. *Plur.* נִקְרַב accedemus, Joſ. 8. v. 5., *aliud vide in Niph.*, *& cum* ה *paragog.* נִקְרְבָה, 1. Sam. 14. v. 36., Jud. 19. v. 13., *& in pauſa* נִקְרָבָה, Iſa. 41. v. 1., accedamus, appropinquemus; תִקְרְבוּ accedetis, Levit. 18. v. 6., Joſ. 3. v. 4., וַתִּקְרְבוּ עֲצָמוֹת, Ezech. 37. v. 7., & acceſſerunt oſſa, *ubi in fœm. pro* וַתִּקְרַבְנָה, *cum efformante maſc. Cum præſ.*, *&* Nun *paragog.* וַתִּקְרְבוּן & acceſſiſtis, Deut. 1. v. 22., יִקְרְבוּ accedent, appropinquabunt, Geneſ. 21. verſ. 41., וַיִּקְרְבוּ & appropinquarunt, Geneſ. 47. v. 29., וַתִּקְרַבְנָה & acceſſerunt, Numer. 27. v. 1. *Niph.* נִקְרַב ſtitit ſe, adductus, oblatus eſt, *q. d.* appropinquans factus eſt: *Præter.* נִקְרַב בַּעַל־הַבַּיִת, Exod. 22. v. 7., & ſiſtet ſe, *ſive* ſiſtetur, adducetur dominus domus: *Plur.* וְנִקְרַבְתֶּם & ſiſtetis vos, *ſive* accedetis, Joſ. 7. v. 14. *Pih.* קֵרֵב appropinquare fecit, admovit, applicuit: *Quandoque, ſed rarius, intranſitivè*, appropinquavit: *Præterit.* קֵרַבְתִּי צִדְקָתִי, Iſa. 46. v. 13., propinquam feci juſtitiam meam, *ſive* feci, ut propinqua ſit juſtitia mea: *Plur.* כִּי קֵרְבוּ לָבוֹא, Ezech. 36. v. 8., cum appropinquaverint venire, *id eſt*, cum propè advenerint, *ſive, juxta alios*, propè enim eſt, ut veniat; *item* קֵרְבוּ applicant, *ſive* applicarunt, applicuerunt, *& juxta LXX., Targ., Syr., Arab., alioſque*, ſuc-

cenſa

cenſa ſunt, Hoſe. 7. verſ. 6. *Imper.* וְקָרֵב אֹתָם & admove, *ſive* adjunge illa, Ezech. 37. verſ. 17. *Plural.* קָרְבוּ רִיבְכֶם adducite, afferte cauſam veſtram, *& juxta Vulg.* propè facite judicium veſtrum, Iſa. 41. verſ. 21., קְרֶבְנָה *vide infra in* קָרֵב; *&* קְרָבָנָה *vide infra in* קָרְבָּן *pag.* 1316. *Futur. cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* אֲקָרֲבֶנּוּ accedere facerem, *ſive*, *juxta Vulgat.*, offeram eum, Job. 31. verſ. 37., וּתְקָרֵב & appropinquare feceirs, *vel* propius admiſeris, Pſalm. 65. v. 5. *Hiph.* הִקְרִיב, *&* הִקְרִב appropinquare fecit, *vel* juſsit, admovit, attulit; *& cum ſermo habetur de ſacrificiis*, obtulit: *Item intranſitive* appropinquavit: *Præter.* כַּאֲשֶׁר הִקְרִיב לָבוֹא מִצְרָיְמָה, Geneſ. 12. verſ. 11., quum appropinquaret, *ſive* propè eſſet, ut ingrederetur Ægyptum; וּפַרְעֹה הִקְרִיב, Exod. 14. verſ. 10., & Pharao admovit, *ſcil.* מַחֲנֵהוּ caſtra ſua, *ut Aben Eſra ſupplet*; *alii vertunt*, & Pharao appropinquavit, *ſive* cum Pharao appropinquaſſet; בְּיוֹם הִקְרִב אֹתָם in die, qua obtulit eos, Levit. 7. v. 35., *& abſque* Jod, הִקְרִב obtulit, Numer. 1. v. 19., *& cum affix.* וְהִקְרִיבוֹ & offeret eum, Levit. 1. v. 15., וְהִקְרִיבָהּ & offeret eam, Levit. 2. v. 8., *Fœm.* הִקְרִיבָה obtulit, Jud. 5. v. 25., וְהִקְרַבְתָּ & offeres, Exod. 29. v. 3., *& cum affix.* וְהִקְרַבְתָּם & offeres eos, Ezech. 43. v. 24., וְהִקְרַבְתִּיו, Jerem. 30. v. 21., & accedere faciam eum; *Vulgat. vertit*, & applicabo eum: *Plural.* הִקְרִיבוּ אֶת־חַטָּאתָם, Levit. 10. verſ. 19., obtulerunt peccatum eorum, *id eſt*, *metonymicè*, ſacrificium pro peccato ſuo; וְהִקְרִיבוּ & offerent, Levit. 1. verſ. 5., *& cum affix.* הִקְרִיבֻם obtulerunt ea, Num. 17. v. 3., וְהִקְרַבְתֶּם & offeretis, Levit. 23. verſ. 8. *Partic.* מַקְרִיב, Levit. 3. verſ. 1., *& cum præfix.* הַמַּקְרִיב, Levit. 7. verſ. 8., offerens; *Plur. abſque* Jod *in fine* מַקְרִבִם, Levit. 21. v. 6., *& conſtr.* מַקְרִיבֵי, Numer. 16. verſ. 35., offerentes: *Infin.* הַקְרִיב offerre, Numer. 9. v. 7., לְהַקְרִיב ad offerendum, ut offerrent, Levit. 7. v. 38. *Cum affix.* בְּהַקְרִיבְכֶם in offerendo vos, *ſive* quando offeretis, Numer. 28. v. 26., Ezech. 44. v. 7., בְּיוֹם הַקְרִיבוֹ in die offerre eum, *i. e.* die, quà offert ille, Lev. 7. v. 16., בְּהַקְרִיבָם, *& abſque* Jod, בְּהַקְרִבָם, Numer, 3. v. 4., 26. v. 61., quum offer-

rent illi : *Imperat.* הַקְרֵב accedere fac , *ſive* jube , adduc , applica , Exod. 28. verſ. 1., Numer. 3. verſ. 6., 18. verſ. 2., *item* offer , Levit. 9. verſ. 2., *&* *cum affix.* הַקְרִיבֵהוּ offer illud , Malach. 1. verſ. 8. *Futur.* תַּקְרִיב , *&* *abſque* Jod , תַּקְרֵב accedere jubebis , *vel* jubeas , *ſive* , *juxta Vulg.* , applicabis , Exod. 29. vv. 4. 8., 40. v. 14., *item* offeres , Levit. 2. vv. 4. 14., 6. v. 14., Ezech. 43. verſ. 22., *aliud vide infra in fœm.* , וַתַּקְרִיבִי & appropinquare feciſti , Ezech. 22. v. 4., יַקְרִיב , *&* יַקְרֵב offeret , Levit. 1. vv. 2. 3., *&c.*, וַיַּקְרֵב & obtulit , Levit. 8. v. 6., *item* & accedere fecit , *ſive* juſſit accedere , Num. 16. verſ. 10., וַיַּקְרֵב מֵאֵת פְּנֵי הַבַּיִת , 2. Reg. 16. v. 14., & accedere fecit ex conſpectu domus , *i. e.* recedere fecit , amovit ; *&* *cum affix.* יַקְרִיבֶנּוּ offeret illum , Levit. 1. v. 3., *Fœm.* תַּקְרִיב offeret , Levit. 2. v. 1., *item* appropinquabit , Iſa. 26. v. 17. *Plural.* וַנַּקְרֵב & obtulimus , *ſive* offerimus , Num. 31. v. 50., תַּקְרִיבוּ offeretis , Levit. 1. v. 2., *&* *cum* Nun *paragog.* תַּקְרִבוּן adducetis , afferetis , Deuter. 1. v. 17., יַקְרִיבוּ offerent , Levit. 22. verſ. 18., וַיַּקְרִיבוּ , *&* *abſque* Jod , וַיַּקְרִבוּ & obtulerunt , Levit. 9. v. 9., 10. v. 1.

קְרֵב *Chald.* acceſſit , Dan. 3. v. 26., קְרֵבַת עַל־חַד acceſſi ad unum , Dan. 7. verſ. 16. *Plur.* קְרִבוּ acceſſerunt , Dan. 3. v. 8., 6. v. 13. *Infin. cum affix.* וּכְמִקְרְבֵהּ & ſecundum appropinquare eum , *i. e.* cum appropinquaret ipſe , Dan. 6. v. 21. *Pahel Futur.* וּתְקָרֵב הִמּוֹ & offeres illa , Eſdr. 7. v. 17. *Aphel Præter. plur.* וְהַקְרִיבוּ & obtulerunt , Eſdr. 6. v. 17., *&* *cum affix.* הַקְרְבוּהִי ſtiterunt , adduxerunt , accedere juſſerunt , *&* *juxta Vulg.* obtulerunt eum , Dan. 7. verſ. 13. *Partic. plur.* מְהַקְרְבִין offerentes , Eſdr. 6. v. 10.

קָרֵב *m.* Propinquus , appropinquans , accedens , 1. Sam. 17. verſ. 41., 2. Sam. 18. v. 25., *&* *cum præfix.* הַקָּרֵב *idem* , Num. 1. v. 51. *Plur.* אַתֶּם קְרֵבִים הַיּוֹם לַמִּלְחָמָה vos propinqui , *ſive* appropinquantes , accedentes hodiè ad bellum , Deut. 20. v. 3., הַקְּרֵבִים accedentes , Ezech. 40. v. 46.

קָרוֹב *maſc.* Propinquus , propinquum , prope , *ſive* loco , *ſive* tempore , *ſive* cognatione , *&* affinitate , *ſive* dignitate ,

ſive

ſive frequentiori uſu: *Item* brevis, breve: וְהָיִיתָ קָרוֹב אֵלַי eriſque propinquus mihi, Gen. 45. v. 10., וְקָרוֹב לָבוֹא & propè eſt, ut adveniat, Iſa. 13. v. 22., וְהַקָּרֹב & propinquus, Eſth. 1. verſ. 14., בְּקָרוֹב in propinquo, *id eſt, ut habet Vulgat.*, dudum, Ezech. 11. v. 3., וְלַקָּרוֹב & propinquo; מִקָּרוֹב, *&* מִקָּרֹב de propinquo, Deut. 32. v. 17., *item* à brevi, *ſcil. tempore, i. e.* non jam diu fuit, Job. 20. verſ. 5., *ubi tamen alii vertunt*, citò *finiatur*, brevis ſit, non diutina: *Cum affix.* אֶת־קְרֹבוֹ propinquum ſuum, Exod. 32. v. 27. *Plur.* קְרוֹבִים, *&* קְרֹבִים, Deut. 4. v. 7., Iſa. 33. v. 13., *& cum præfix.* הַקְּרוֹבִים, *&* הַקְּרֹבִים, Deuter. 13. v. 8., 1. Paral. 12. v. 40., propinqui: *Cum affix. In pauſa* קְרוֹבָי propinqui mei, Job. 19. verſ. 14., וּקְרוֹבַי & propinqui mei, Pſalm. 38. v. 12., בִּקְרֹבַי in propinquis meis, *id eſt, ut habet Vulgat.*, in iis, qui appropinquant mihi, Levit. 10. v. 3. *Fœm.* קְרוֹבָה, *&* קְרֹבָה, *item cum præfix.* הַקְּרוֹבָה, *&* הַקְּרֹבָה propinqua, propinquum, Gen. 19. v. 20., Levit. 21. verſ. 3., *&c.*, עִיר הַקְּרֹבָה civitas propinqua, Deut. 21. verſ. 3. *Plur.* הַקְּרֹבוֹת quæ propinquæ, Ezech. 22. v. 5.

קְרָב *maſc.* Prælium, bellum: *propriè* congreſſum, *ſeu* conflictum *denotat, eſtque magis Chaldaicum*: לְיוֹם קְרָב ad diem prælii, Job. 38. verſ. 23., טוֹבָה חָכְמָה מִכְּלֵי קְרָב bona ſapientia præ vaſis belli, *id eſt, ut habent Vulgat., aliique*, melior eſt ſapientia, quam arma bellica, Eccleſ. 9. v. 18., וּקְרָב לִבּוֹ, Pſalm. 55. v. 22., & bellum cor ejus, *ſive* ſed prælium *eſt in* corde ejus, *ita Recentiores*; *ſed LXX., Vulgat., Æth., aliique verterunt*, & appropinquavit cor illius; בַּקְּרָב in conflictum, 2. Samuel. 17. verſ. 11., *ubi LXX., & Vulgat., habent* in medio eorum; *referebant ad* קֶרֶב. *de quo infra*; לַקְּרָב ad prælium, Pſalm. 144. v. 1., מִקְּרָב־לִי à bello contra me, Pſal. 55. v. 19., *ubi Vulg. vertit*, ab his, qui appropinquant mihi, *hoſtiliter ſcil. Plur. Fœm.* קְרָבוֹת יֶחְפָּצוּ prælia volunt, Pſalm. 68. v. 31.

קְרָב *m. Chald.*, *idem*: עָבְדָא קְרָב gerebat bellum, Dan. 7. v. 21.

קֶרֶב *maſc.* Medium, intimum, *centro ſcil. rei* proximum; *in ſpecie autem* intimum *corporis animalis*, *ut* cor, inteſtinum, venter, uterus, *&c.*, *item* intimum *animi*, *ut*

 mens,

mens, *ſive* cogitatio, deſiderium, *&c. Item* in, inter, intra: *Cum præfix.* וְקֶרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק, Pſalm. 64, v. 7., & intimum uniuſcujuſque, & cor profundum (*erit*), *ita Pagninus, & alii; Sed Vulgat. pro* וְקֶרֶב *legit* וְקָרֵב; *reddit enim*, accedet homo ad cor altum, *i. e. metonymicè* ad altas, profundas, callidas cogitationes; *Senſu vero eſt, homo impius altè, profundè, & callidè multa excogitabit, & machinabitur: at Deus altior erit, iſta diſſipando:* הַקֶּרֶב inteſtinum, Exod. 29. vv. 13. 22., Levit. 3. v. 3., *ubi Vulg. habet* vitalia; עַל־הַקֶּרֶב, Levit. 3. v. 3., ſuper intimum, *id eſt juxta Vulg.*, intrinſecus; וְהַקֶּרֶב & inteſtina, Levit. 1. v. 13., בְּקֶרֶב הָאָרֶץ in medio terræ, *id eſt, in fœcundiore regionis loco; extremitates enim minus fœcundæ eſſe ſolent; & ita* Pſalm. 101. v. 2., Iſa. 5. v. 25., מִקֶּרֶב de medio, Exod. 31. v. 14., *&c. Cum affix.* וְקִרְבִּי & viſcera mea, Iſa. 16. v. 11., בְּקִרְבִּי in medio mei, *& juxta Vulg.*, mecum, Deuter. 31. verſ. 17., *item* in interiore meo, *ſive* in intimo mei, *id eſt, per metonymiam adjuncti, terræ meæ, mihi ſcil. à Deo donatæ*, Joſ. 9. verſ. 7., *item* intra me, Pſalm. 39. v. 4., *&* 109. v. 22., in viſceribus meis, Pſalm. 51. verſ. 12., Iſa. 26. v. 9., in medio mei, *ſive* in me, Pſalm. 55. v. 5., Thren. 1. v. 20., in corde meo, Pſalm. 94. v. 19., בְּקִרְבֵּנוּ in medio noſtri, *ſive* in nobis, nobiſcum, Exod. 17. v. 7., 34. v. 9., *&c.*, בְּקִרְבְּךָ, *& in pauſa*, בְּקִרְבֶּךָ, Exod. 33. verſ. 3., 34. v. 12., *item* בְּקִרְבֵּךְ *fœm.*, Iſa. 12. v. 6., in medio tui; *&* Jerem. 4. v. 14., in corde tuo, *ſive, juxta Vulg.*, in te; מִקִּרְבֶּךָ de medio tui, Exod. 23. v. 24, בְּקִרְבְּכֶם in medio veſtri, Num. 11. v. 20., מִקִּרְבְּכֶם è medio veſtri, Joſ. 7. v. 12., קִרְבּוֹ inteſtina, viſcera ejus, Exod. 12. v. 9., 29. v. 17., Levit. 1. v. 9., 4. v. 11., 1. Reg. 17. vv. 21. 22., בְּקִרְבּוֹ in medio ejus, Geneſ. 24. v. 3., Exod. 3. v. 20., *item* in intimo ſuo, *id eſt* intra ſe, *ſive* occultè, Jerem. 9. verſ. 7., *item* in corde ſuo, Prov. 26. v. 24., מִקִּרְבּוֹ è medio ejus, Num. 14. v. 13., Jerem. 30. verſ. 21., בְּקִרְבָּהּ *fœm.* in intimo ſuo, *id eſt* occultè, Gen. 18. v. 12., *&* in medio eius, Geneſ. 18. v. 24., Pſalm. 46. v. 6., 55. v. 11., Jerem. 6. v. 6.,

6. v. 6. ; 46. verſ. 21., *&* in utero ejus, Geneſ. 25. verſ. 22., מִקִּרְבָּהּ de medio ejus, Iſa. 4. v. 4., Amoſ. 2. v. 3., קִרְבָּם, Pſalm. 5. v. 10., medium, *ſive*, *juxta Pagninum*, intimum ipſorum; *ſed Vulg.*, *&* *alii reddunt*, cor eorum; קִרְבָּם בָּתֵּימוֹ לְעוֹלָם, Pſalm. 49. v. 12., interiora, *ſive* intimum eorum domus ſuæ in ſeculum, *id eſt intima cogitatio*, *ſive votum eorum*, *divitum ſcil.*, *eſt*, *quod domus ſuæ manſuræ ſint in æternum*, *ita Recentiores multi*; *ſed LXX.*, *Vulg.*, *&* *alii antiqui Interpretes legerunt*, *ſeu potius*, *ut admonent R. David Kimchi*, *&* *Aben Eſra*, *per literarum tranſpoſitionem*, *pro* קִרְבָּם *expoſuerunt* קִבְרָם; *atque verterunt*, ſepulcra eorum domus illorum in æternum, *id eſt* in ſepulcris perpetuò conſiſtent uſquè ad conſummationem ſeculi citra ſpem revertendi ad ſuas divitias, & facultates, *ut eſt Genebrardo*, *aliiſque animadverſum*: *&* *hic quidem ſenſus planus magis*, *optimeque verbis*, *quæ præcedunt*, *congruit*: בְּקִרְבָּם in medio ipſorum, Joſ. 8. v. 35., *item* in viſceribus eorum, Jerem. 31. v. 33., וּבְקִרְבָּם & in intimo, *ſive* in corde ſuo, Pſalm. 62. v. 5., מִקִּרְבָּם è medio ſui, Jud. 10. v. 16., אֶל־קִרְבֶּנָה, *cum* ה *paragog.*, *&* *cum* Sægol *loco* Kametz, *pro* קִרְבָּן, Geneſ. 41. verſ. 21., in ventrem earum: *Plural. cum affix.* וְכָל־קְרָבַי & omnia interiora, *ſive* intima mea, Pſalm. 103. v. 1.

קִרְבָה *fœm.* Appropinquatio, propinquitas, acceſſus: קִרְבָה *vide ſupra in verbo*, *in Part. ſcilicet*, *&* *Imper.*, *ſed* לְקִרְבָה *vide in Infin. ejuſdem verbi*: *Conſtr.* קִרְבַת אֱלֹהִים acceſſus, propinquitas Dei, *vel* ad Deum, Pſalm. 73. v. 28., Iſa. 28. v. 2. *Sed Vulg.*, *aliiſque eſt Infinit. nominaſcens*, *cum* ה *paragog.*, *redditurque*, adhærere, appropinquare Deo: *Cum affix.* בְּקָרְבָתָם *vide ſupra in Infin. verbi* קָרֵב: *Plural.* קִרְבוֹת *vide ſupra in* קָרֵב *pag.* 1313.

קָרְבָּן *maſc.* Oblatio, donum, munus, victima, hoſtia, Lev. 1. verſ. 2., *&c.*, *&* *cum præfix.* הַקָּרְבָּן *idem*, Ezech. 40. verſ. 43. *Conſtr.* קָרְבַּן, Levit. 2. v. 1. *Et cum* Kibbutz, קֻרְבַּן, *quod vide infra*; לְקָרְבַּן in oblationem, Levit. 22. v. 27. *Cum affix.* קָרְבָּנִי oblatio mea, Numer. 28. v. 2., קָרְבָּנְךָ oblatio tua, Levit. 2. v. 5., קָרְבַּנְכֶם oblatio, victima veſtra, Levit. 1. v. 2., קָרְבָּנוֹ, Levit. 1. verſ. 3.,

 &

& קָרְבָּנָהּ *fœm.*, Num. 5. v. 15., oblatio ejus, *vel* ſua: קָרְבָּנָת *vide ſupra in* קָרֵב: קָרְבָּנָם oblatio ſua, Numer. 7. verſ. 3. *Plur. cum affix.* קָרְבְּנֵיהֶם (ut offerrent) oblationes ſuas, Levit. 7. v. 38.

קֻרְבָּן *maſc.* Oblatio. *&c.*, *ut ſupra*: *Conſtr.* עַל־קֻרְבַּן הָעֵצִים, Nehem. 10. v. 35., ſuper oblationem lignorum; וּלְקֻרְבַּן & in oblatione, Nehem. 13. v. 31.

קַרְדֹּם *maſc.* Securis: *Cum affix.* וְאֶת־קַרְדֻּמּוֹ ſecurim ſuam, 1. Sam. 13. v. 20. *Plur.* וּלְהַקַּרְדֻּמִּים & ſecuribus, 1. Sam. 13. v. 21. *Fœm. plur.* קַרְדֻּמּוֹת, Pſalm. 74. v. 5., *&* *cum præfix.* הַקַּרְדֻּמּוֹת, Jud. 9. v. 48., ſecures; וּבְקַרְדֻּמּוֹת & cum ſecuribus, Jerem. 46. v. 22.

קָרָה Evenit, obvenit, accidit, occurrit: *Item* contignavit, contabulavit; *nam, ut eſt Robertſon animadverſum, qui* tignis, *aut* trabibus tabulata conjungit, *aut* tecta, *facit, ut illa* occurrant, *&* invicem coaptentur, *ac* coagmententur: *Alii tamen cum Joa. Simone ſenſum hunc*, contignandi *ſcil.*, *derivant à nomine* קוֹרָה, *quod vide infra*. *Verbum hoc ſæpe pro* ה *habet* א. *Conſtruitur cum* Accuſativo, *&* *ſemel cum* Dativo. *Præt. cum affix.* קְרָאַנִי accidit mihi, Job. 4. v. 14., קָרְךָ obvenit, occurrit tibi, Deuter. 25. v. 18., כָּל־אֲשֶׁר קָרָהוּ, Eſth. 4. v. 7., 6. v. 13., omne, quod, *ſive* quidquid obtigerat, evenerat ſibi; וְקָרָהוּ & eveniat ei, Geneſ. 44. v. 29., *item cum* א, וּקְרָאָהוּ, Gen. 42. v. 38., & acciderit, *ſive* eveniat ei: *Fœm. more Chald.* וְקָרָאת & obveniet, occurret, Deut. 31. v. 29. *Aliud vide ſupra in* קָרָא *pag.* 1302., קָרְתִי *vide infra in nomine* קֹרָה: *Plural. cum affix.* קְרָאנִי אֵלֶּה obvenerunt mihi hæc, Jerem. 13. v. 22. *Partic. m.* קֹרֶה accidens, eveniens: *ſed* קוֹרָה, קֹרָה, הַקּוֹרָה tignus, trabs *vide infra inter nomina*: *Plur.* קֹרוֹת, accidentia, evenientia: *Aliud* קוֹרוֹת *vide infra in nom.* קוֹרָה: הַקֹּרֹת אֹתָם quæ ſibi evenerant, Geneſ. 42. v. 29., לִקְרוֹת *vide infra Infin. in Pih. Cum affix.* קֹרְאֹתַיִךְ accidentia, evenientia, *ſive* quæ evenerunt tibi, Iſa. 51. verſ. 19. *Futur.* מִקְרֶה אֶחָד יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם eventus unus eveniet omnibus iſtis, Eccleſ. 2. v. 14., וָפֶגַע יִקְרֶה אֶת־כֻּלָּם & caſus occurret, eveniet omnibus, Eccl. 9. v. 11., אֲשֶׁר יִקְרֶה לְעַמְּךָ quod obventurum eſt populo tuo, Dan.

10. v. 14., *cum* Kametz *ad formam Verbi* קרא; *& cum* א, יִקְרָא eveniet, Geneſ. 49. verſ. 1., וַיִּקְרֵא & occurrit, 2. Sam. 18. verſ. 9., *& cum apocopa*, וַיִּקֶר מִקְרֶהָ, Ruth. 2. verſ. 3., & accidit caſus ejus, *ubi figura enallage, ſenſuſque eſt*, caſu ipſi contigit, *videl. ipſa Ruth nihil hac de re cogitante, ſed Deo pro ipſa ſic dirigente*: *Cum affix.* גַּם־אֲנִי יִקְרֵנִי, Eccleſ. 2. v. 15., etiam ego eveniet mihi; *ubi duo pronomina, quorum alterum redundat, & verbum cum pronomine affixo pro ſeparato; ſive, ut notarunt Junius, & Tremellius, habetur ibi anomalia caſuum*, ego *ſcil.*, *pro* mihi; *unde verterunt*, etiam mihi, mihi eventurum eſt; הֲיִקְרְךָ דְבָרִי אִם־לֹא, Num. 11. v. 23., utrum eveniat, *ſive* accidat tibi verbum meum, an non; יִקְּרֵךְ eveniet tibi, 1. Sam. 28. verſ. 10., *& cum* א *loco* ה, פֶּן־יִקְרָאֶנּוּ ne forte obveniat ei, Geneſ. 42. v. 4. *Plural. maſc. cum affix.* יִקְרוּהָ *vide ſupra in* נָקַר: *Fœmin.* אֵת־אֲשֶׁר תִּקְרֶינָה quæ eventura ſunt, Iſa. 41. v. 22., *&* תִּקְרֶאנָה מִלְחָמָה, Exod. 1. verſ. 10., evenient, *ſive* evenerint bellum; *verbum, ut patet, eſt plural., & nom. ſingulare: Hinc quidam, apud Matth. Polum, vertunt*, evenerint bellum, *&* bellum, *i. e.*, ingruerint crebra bella; *ſunt, qui ellipſin conjuncti eſſe volunt, atque reddunt ita*, (ſi quando) inciderint occaſiones belli; וַתִּקְרֶאנָה אֹתִי & acciderunt mihi, Levit. 10. v. 10. *Niph.* נִקְרָה עָלֵינוּ, Exod. 3. verſ. 18., occurrit, *vel* obviam factus eſt, *id eſt* apparuit nobis; *LXX.*, *& Vulg.*, *referentes ad* קָרָא, *verterunt*, vocavit nos; *& ita* Exod. 5. verſ. 3., *ubi eſt in fine* א *loco* ה; *ſed* נִקְרָא, 2. Sam. 20. verſ. 1. *ab omnibus redditur*, obviam factus eſt, obtulit ſe, evenit, obvenit; שֶׁבֶר עַל־שֶׁבֶר נִקְרָא, Jerem. 4. verſ. 20., contritio ſuper, *vel* poſt contritionem accidit, *ſive, juxta Vulg., alioſque*, vocata eſt: נִקְרֹא נִקְרֵיתִי incidendo incidi, *id eſt* caſu incidi, *ſive* veni, 2. Sam. 1. v. 6. *Inſin.* נִקְרֹא *vide mox ſupra*: *Futur.* אִקָּרֶה obviam fiam, *ſive, juxta Vulg.*, obvius pergam, Numer. 23. v. 15., אוּלַי יִקָּרֶה יְהוָה לִקְרָאתִי fortaſſe obvium ſe exhibebit Dominus in occurſum mihi, Numer. 23. verſ. 3., *& cum* א, כִּי יִקָּרֵא ſi obviam fiet, *vel* occurret, Deut. 22. v. 6., *& cum apocopa*, וַיִּקָּר & obviam

obviam factus eſt, *ſive* occurrit, Numer. 23. vv. 4. 16. *Pih.* קֵרָה contignavit, contabulavit, texit: *Præter. plur. cum affix.* קֵרוּהוּ הֵמָּה, Nehem. 3. vv. 3. 6., ipſi contignaverunt, *ſive*, *juxta Vulgat.*, texerunt eam: *Partic.* הַמְקָרֶה בַמַּיִם עֲלִיּוֹתָיו, Pſalm. 104. v. 3., qui contignat in aquis cœnacula ſua; *Vulg. vertit*, qui tegis aquis ſuperiora ejus: *Aliud vide inter nomina*: *Infinit.* לְקָרוֹת ad contignandum, *ſive* tegendum, 2. Paral. 34. v. 11., Nehem. 2. verſ. 8. *Vide* יְקָרָה *in* יָקַר. *Hiph.* הִקְרָה obvenire fecit, Geneſ. 27. v. 20., הֵקָרָה *vide ſupra in* קור *pag.* 1257. *Plur.* וְהִקְרִיתֶם לָכֶם עָרִים, Num. 35. v. 11., facietis, ut obveniant, *ſive* occurrere facietis vobis, *id eſt* conſtituetis vobis urbes; *Vulg. reddit*, decernite, quæ urbes: *Imper.* הַקְרֵה־נָא לְפָנַי fac, ut occurrat nunc mihi, Geneſ. 24. verſ. 12. *Futur.* וַתַּקְרֵא אֹתָם & evenire feciſti eis, Jerem. 32. v. 23.

קְרָה *Chald. Inde* קְרֵי, *& futur.* יִקְרֵה, יִקְרוֹן, יִתְקְרֵי *vide ſupra in* קְרָא *Chald. pag.* 1307.: קְרִי *Hebr. vide pag.* 1319.

קָרָה *fœm.* Frigus *vide infra poſt* קָרַר: *Aliud vide infra*: קָרֶת, קָרֶת *vide infra pag.* 1320.

קָרֶה *maſc.* Accidens, caſus: *Conſtr.* מִקְּרֵה לָיְלָה, Deuter. 23. verſ. 11., ex accidente, *vel* caſu nocturno; *Alii vertunt*, nocturno ſomnio, *vel* nocturna pollutione: *Aliud* מִקְרָה, *item* מִקְרָה *cum præfix.*, *& affix. vide infra pag.* 1320.

קוֹרָה, *&* קֹרָה *fœm.* Tignum, trabs, *quæ* קוֹרָה *dicta putatur*, *quod* trabes *in ædificiis ita diſponantur*, *ut altera alteri* occurrat, *&* oppoſita *ſit*: אִישׁ קוֹרָה אֶחָת quisque (tollat) trabem unam, 2. Reg. 6. verſ. 2. *Cum præfix.* הַקּוֹרָה tignum, 2. Reg. 6. v. 5. *Cum affix.* בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי, Geneſ. 19. v. 8., venerunt, *ſive* receperunt ſe ad umbram tigni mei, *vel* trabis meæ, *i. e.* in tabulati, *vel* tecti mei præſidium; *Vulgat. vertit*, ingreſſi ſunt ſub umbra culminis mei: *Plur.* קֹרוֹת בָּתֵּינוּ tigna domorum noſtrarum, Cant. 1. v. 17., הַקֹּרוֹת trabes, tigna, 2. Paral. 3. v. 7. *Aliud vide in Partic. verbi* קרה: לְקָרוֹת *vide ibi in Infin.*

קִירָה Kirah, *& juxta Vulg.* Cyrene, *nom. propr. urbis Africæ*, 2. Reg. 16. v. 19.

קְרָאת *fœm.* Occurſus: *Conſtr.* קְרַאת, *& per Syriſmum* קְרָאת; *unde ſemper cum* ל, לִקְרַאת, *redditurque à LXX.*, *Vulgat.*, *Theod.*,

Google

Theod., *aliiſque* in occurſum, obviam, ex adverſo, è regione, contrà, adverſus, coram, in (conſpectu), antè, præ: וַיִּתֵּן אִישׁ־בִּתְרוֹ לִקְרַאת רֵעֵהוּ, Geneſ. 15. v. 10., & dedit, *ſive* poſuit viri, *i. e.* cujuſque partem ejus ad occurſum ſociæ ejus, *id eſt* ex adverſo, *vel* è regione alterius, *partis ſcil. correſpondentis*; לִקְרַאת הָאֱלֹהִים in occurſum Dei, obviam Deo, Exod. 19. verſ. 17. *Cum affix.* לִקְרָאתִי obviam mihi, *& juxta Vulg.* contra me, Numer. 22. v. 34., in occurſum meum, Pſal. 59. v. 5., לִקְרָאתֵנוּ obviam, *ſive* in occurſum nobis, Geneſ. 24. verſ. 65., לִקְרָאתְךָ, Gen. 32. v. 7., *& in pauſa* לִקְרָאתֶךָ, Exod. 4. verſ. 14., obviam tibi, *ſive* in occurſum tuum; לִקְרַאתְכֶם in occurſum veſtri, *ſive* obviam vobis, Deut. 1. v. 44., לִקְרָאתוֹ, Geneſ. 14. v. 17., *& fœm.* לִקְרָאתָהּ, Geneſ. 24. v. 17., obviam ipſi, *ſive* in occurſum ejus; לִקְרָאתָם obviam ipſis, *ſive* in occurſum eorum, Geneſ. 18. v. 2.

קֶרִי *maſc.* Accidens, caſus, occurſus; *Vulg.*, *& alii vertunt*, ex adversò, contrà, adverſus: אִם תֵּלְכוּ עִמִּי קֶרִי, Lev. 26. verſ. 21., ſi ambulaveritis mecum per accidens, *id eſt*, temerè, ut ut accidat, *ponîturque pro* בְּקֶרִי, *ut eſt* Levit. 26. v. 14., *Segol autem eſt propter pauſam*; בַּחֲמַת־קֶרִי, Levit. 26. verſ. 28. in ira caſus, *vel* fortunæ, *id eſt* irà graviſſima, *quæ à* caſu, *&* fortunâ, *quam colitis*, *proficiſci videbitur*; *Vulgat. vertit*, in furore contrario. *Aliud* קֵרִי *vide ſupra in* קְרָא *Chald. pag.* 1307.

קִרְיָא *Chald.* urbs, civitas, *ſic dicta à mutuo hominum* occurſu, *ſive* congregatione, *ex ſignificatione ſcil. radicis Arab.* קרא collegit, congregavit in unum, *ut notat Joa. Simon*, *vel à plurium ædificiorum* contignatione: קִרְיָא מָרָדָא urbs rebellis eſt, Eſdr. 4. v. 15., *& in ſtatu emphat.* קִרְיְתָא דָךְ civitas iſta, Eſdr. 4. v. 15., *& ità* vv. 12. 13. 16. 19.

קִרְיָה *fœm.* Urbs, civitas, oppidum, Deuter. 2. v. 36., 3. verſ. 4., *&c. Cum præfix.* הַקִּרְיָה *idem*, 1. Reg. 1. vv. 41. 45., בְּקִרְיָה in urbe, Eſdr. 4. v. 10., מִקִּרְיָה de civitate, Mich. 4. verſ. 10. *Conſtr.* קִרְיַת civitas, Numer. 22. verſ. 39., Pſal. 48. v. 3., Prov. 10. v. 15., *&c. Aliud vide infra*: *Cum præfix.* בְּקִרְיַת in civitate, Geneſ. 23. v. 2., *vide & infra inter nomina propr.*, מִקִּרְיַת præ civitate,

te, Prover. 18. v. 19. *Aliud vide infra*. *Duale*, קִרְיָתַיִם Kirjathaim; *&* קְרִיּוֹת Kerioth, *nomina propria urbium*, *vide infra ſuis in locis*.

מִקְרֶה *maſc.* Caſus, eventus, accidens, *id ſcil.*, quod, non conſilio, ſed ſorte contigit: מִקְרֶה הוּא caſus ipſe, *i. e.* caſu accidit, 1. Sam. 6. verſ. 9., 20. verſ. 26., כִּי מִקְרֶה בְנֵי־הָאָדָם וּמִקְרֶה הַבְּהֵמָה וּמִקְרֶה אֶחָד לָהֶם, Ecleſ. 3. v. 19., nam eventus filiorum hominis, & eventus beſtiæ, *ſcil. par eſt*, & eventus unus, *ſive* idem *eſt* illis, *vel* inter eos: *Cum præfix.* שֶׁמִּקְרֶה אֶחָד quod eventus unus, *ſive* idem, *vel* par, Eccleſ. 2. v. 14. *Conſtr.* מִקְרֵה *vide ſupra in* קָרָה: כְּמִקְרֵה הַכְּסִיל ſicut accidens, *ſive* juxta eventum ſtulti, Ecleſ. 2. v. 15. *Cum affix.* וַיִּקֶר מִקְרֶהָ, & accidit caſus ejus, *id eſt* caſu ipſi contigit, Ruth. 2. v. 3.

מְקָרֶה *maſc.* Contignatio, tectum; *occurrit autem cum præfix. ità*, הַמְּקָרֶה, Eccleſ. 10. v. 18. *Vide*, *quod ſequitur*.

מְקָרָה *fœm. Unde cum præfix.* הַמְּקָרָה, *quod vide infra poſt* קָרַר.

קֶרֶת *fœm.* Civitas, urbs: *In pauſa* קָרֶת, Job. 29. v. 7., *&c.*, לְפִי־קָרֶת, Prover. 8. v. 3., in ore urbis, *ſive* civitatis, *id eſt* aditu, ingreſſu, *vel* portâ civitatis. *Hinc Chaldaicum* קַרְתָּא.

קִרְיַת Kirjath, *&* *juxta Vulg.* Cariath, *nom. propr. urbis in Tribu Benjamin.*, Joſ. 18. v. 28.

קִרְיַת־בַּעַל Kirjáth-Báhal, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 60., *quæ quidem*, *ut notat Guarin*, *eadem eſt ac* Cáriathbiarim, *&* Cáriatharim, *uti liquet*, *ſi conferas* Eſdr. 2. verſ. 25., *&* Nehem. 7. v. 29. *Tria ergo unius urbis nomina*.

קִרְיַת־הָאַרְבַּע Kirjáth-Arbá, *& juxta Vulg.* Carjath Arbe, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 13., 20. v. 7., Nehem. 11. v. 25.

קִרְיַת־יְעָרִים Kirjáth-Jeharím, *& juxta Vulgat.* Cariathiarim, *nomen proprium urbis in Tribu Juda*, Jud. 18. verſ. 12.

קִרְיַת־סַנָּה Kiriáth-Sannáh, *nom. propr. urbis Judæ in regione montana*, Joſ. 15. v. 49.

קִרְיַת־סֵפֶר Kirjáth-Sèpher, *nom. propr. urbis Judæ*, Joſ. 15. verſ. 15.

קִרְיַת־עָרִים Kirjáth-barím, *& juxta Vulg.* Cariathiarim, *nom. propr. urbis*, Eſdr. 2. v. 25.

קְרִיּוֹת Keriióth, *nom. propr. urbis in Tribu Juda*, Joſ. 15. verſ. 24., *& civitatis Moabitarum*, Jerem. 48. v. 41.

קִרְיָתַיִם Kirjatháim, *& juxta Vulg.* Cariathaim, *nom. propr. urbis Tribus Ruben*, Numer. 32. verſ. 37., Joſ. 13. verſ. 19.

קִרְיָתָמָה, Ezech. 25. verſ. 9., *ubi Maſſora notat legendum* קִרְיָתָיְמָה, *nom. propr. civitatis ejuſdem ac* Cariathaim.

קָרַח Glabravit, decalvavit ſe, calvitium ſibi induxit: *Aliud vide inter nomina*: *Imper. fœm.* קָרְחִי glabra, decalva te, *ſive*, *juxta Vulg.* decalvare, Mich. 1. v. 16. *Futur. plur.* לֹא־יִקְרְחָה קָרְחָה, Levit. 21. v. 5., non glabrabunt ſe calvitio, *cum* ה *in fine loco* Vau, *ita Buxtorfius*; *Vulg. vertit*, non radat (caput); *Alii habent*, non inducent ſibi calvitium. *Niph. Futur.* וְלֹא יִקָּרֵחַ לָהֶם, Jerem. 16. verſ. 6., neque calvitium inducetur ipſis, *juxta Buxtorfium*: *ſed alii reddunt*, non decalvabitur, *ſive* decalvabit ſe propter eos; *Vulgat. habet*, neque calvitium fiet pro eis. *Hiph. Præter. plur.* וְהִקְרִיחוּ אֵלַיִךְ קָרְחָא, Ezech. 27. verſ. 31., & glabrabunt, *i. e.* inducent ſibi propter te calvitium; *LXX.*, *& Theod.*, *aliique verterunt*, & decalvabunt ſuper te calvitium: *Hoph. Partic.* כָּל־רֹאשׁ מֻקְרָח omne caput decalvatum, Ezech. 29. v. 18.

קֶרַח *m. Significat*: I. Gelu, frigus; *ideo dictum* קֶרַח, *quod terram gramine*, *& arbores*, *plantaſque*, *foliis dejectis*, *quaſi* glabret: II. Glaciem, *ſicut latinè* gelu *&* frigus, *&* glaciem *denotat*, *per metonymiam ſcil.* cauſæ efficientis *pro* effectu: III. Cryſtallum, *ob ſimilitudinem cum* glacie, *vel quod* cryſtallus *fiat ex* gelu *vehementer concreto*, *teſte Plinio* lib. XXXVII. cap. 2., *ſicut Græc.* κρύϛαλλος glaciem, *&* criſtallum *ſignificat*, *hactenus Joa. Simon. In pauſa occurrit cum* Kametz *loco* Sægol, *ità ſcil.*, קָרַח gelu, glacies, Job. 6. v. 16., 37. v. 10. *Cum præfix.* וְקֶרַח בַּלָּיְלָה, Geneſ. 31. v. 40., & frigus noctu; כְּעֵין הַקֶּרַח, Ezech. 1. v. 22., quaſi aſpectus cryſtalli; *& in pauſa* הַקָּרַח glacies, Job. 38. verſ. 29., וְלַקָּרַח & ad gelu, Jerem. 36. verſ. 30.

קֹרַח

קָרַח *Vide ſupra in* קָרַח : *Sed cum affix.* קָרְחוֹ , *ſive* קָרְחוֹ *vide in dictione, quæ ſequitur.*

קֹרַח *maſc.* Gelu, glacies, *&c. Cum affix.* קָרְחוֹ , *ſive, juxta Maſſor.*, מַשְׁלִיךְ קָרְחוֹ , Pſal. 147. v. 17., emittit glaciem ſuam, *id eſt* grandinem: *LXX. ſunt interpretati*, *βάλλοντος κρύσαλλον αὐτοῦ* mittit cryſtallum ſuam.

קֹרַח Kórahh, *& juxta Vulgat.* Core, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 36. v. 5., Exod. 6. v. 21., 1. Paral. 2. v. 43., *&* 6. vv. 22. 37.

קָרְחִים Korhhím, *& juxta Vulg.* Coritæ, *nom. plur. patronymicum, ſive commune virorum ex* Core *oriundorum*, 1. Paralip. 9. verſ. 19., *&* 12. verſ. 6., *ubi Vulg. habet* de Carehim.

קֵרֵחַ *m.* Calvus, Levit. 13. v. 40., 2. Reg. 2. v. 23.

קָרֵחַ Kaséahh, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 25. v. 23.

קָרְחָא *fœm.* Calvitium, Ezech. 27. v. 31., *ubi* א *in fine eſt loco* ה, *quod vide ſupra in Hiph.*

קָרְחָה *fœm.* Calvitium, Levit. 21. v. 5., Deut. 14. v. 1., Iſa. 3. v. 24., 15. v. 2., וּלְקָרְחָה & ad calvitium, Iſa. 22. verſ. 12. *Cum affix.* קָרְחָתֵךְ calvitium tuum, Mich. 1. verſ. 16. *Vide, quod ſequitur.*

קָרַחַת *fœm.* Calvities, calvum, locus calvus, *aut* decalvatus, Levit. 13. v. 42. *Cum affix.* בְּקָרַחְתּוֹ in loco calvo ejus, Levit. 13. vv. 42. 43. 55. *In aſſignando diſcrimine* קָרַחַת *inter &* גַּבַּחַת , *quæ dictiones ſimul conjunguntur, non una eſt Interpretum ſententia. R. Salomon in laudatum* Levit. cap. *notat*, קָרַחַת *eſſe* glabritiem *occiput verſus*; *Ab. Eſra vero exiſtimat*, קָרַחַת *eſſe* glabritiem *totius capitis*; *Sed* גַּבַּחַת *eſſe* calvitiem *ſummi capitis, ſive verticis.*

קָרַם Superindidit, *vel* ſuperinditus fuit, ſuperinduxit, obduxit, incruſtavit: *Præt.* וְקָרַמְתִּי עֲלֵיכֶם עוֹר , Ezech. 37. verſ. 6., & ſuperindam vobis, *ſive* ducam ſuper vos cutem, *ità Buxtorfius, aliique*; *Vulg. vertit*, & ſuperextendam in vobis cutem, *Futur.* וַיִּקְרַם עֲלֵיהֶם עוֹר , Ezech. 37. v. 8., & ſuperindita, *vel* ducta fuit ſuper ea cutis, *aut*, obduxit eis (Deus) cutem; *Vulg. habet*, & extenta eſt in eis cutis.

קָרַן Splenduit, radiavit, radios emiſit: *Et cum* radii, *hinc inde è corpore ſolari* emicantes, cornuum *ſpeciem præſeferre videantur, propterea* קָרַן *ſignificat etiam* cornua emiſit, cornua exſeruit: *Sunt tamen multi, qui ſenſum hunc derivandum putant à nomine* קֶרֶן cornu. *Præter.* קָרַן עוֹר פָּנָיו, Exod. 34. vv. 29. 30., ſplendebat, *vel* ſplendida facta erat cutis faciei ipſius, *ità Interpretes ferè omnes cum LXX. explicant*; *Vulg. habet*, (quod) cornuta eſſet facies ſua; *nec immeritò: ut enim eſt Kimchio animadverſum, cum homo ſolem, aut aliam lucem intuetur, videtur illi quodammodo* cornuum *inſtar* ſplendorem, *ac* radios emittere: יַקְרִין *vide ſupra in* קְרָא *Chald. pag.* 1307. *Hiph. Partic.* מַקְרִן, *& juxta quosdam alios codices* מַקְרִין, Pſalm. 69. verſ. 32., cornua producens, *ſive* emittens.

קֶרֶן *c., ſed f. ſæpius*, cornu, *ex capite animalis* exſertum, Dan. 8. vv. 5. 8. 9. 21. *Sed Metaphoricè per τὸ* קֶרֶן cornu *deſignatur* fortitudo, poteſtas, robur, *eo quod* cornuta *animalia in* cornibus robur *ſuum habeant, ità* 2. Samuel. 22. verſ. 3., Pſalm. 18. verſ. 3., *&c.*, *ſic* cornu ferreum, Mich. 4. v. 13., *&* cornu unicornis, *ſive* rhinocerotis, *animalis* robuſtiſſimi, potentiam majorem, fortioremque *deſignat*; *item* regnum, *ſive* imperium, *quod* prædura *ſint*, *&* robuſta *animantium* cornua, *in quibus & fiduciam ſuam locant, & vim repellunt, vel impetum in alia faciunt, ità uſurpatur* 1. Sam. 2. verſ. 10., Pſalm. 132. v. 17. *Item metonymicè* buccina, tuba, *ut* לְהָרִים קֶרֶן, 1. Paralip. 25. v. 5., ad exaltandum cornu, *id eſt ut ſtatis temporibus* corneis tubis *alta voce buccinent*; *Alii tamen reddunt*, ad exaltandam potentiam regiam: *Item* vaſculum *ex* cornu *confectum, ut* קֶרֶן הַשֶּׁמֶן cornu olei, 1. Sam. 16. v. 13. *In aliis tandem rebus* קֶרֶן *ſignificat*, 1.° locum eminentiorem, verticem, *ſive* jugum montis altè exſertum, *ut* בְּקֶרֶן בֶּן־שָׁמֶן, Iſa. 5. v. 1., (vinea facta eſt dilecto meo) in cornu filio olei, *i. e.* in loco ſublimi, & pinguiſſimo; 2.° angulos, *ſeu* eminentias, cornuum *formam habentes, de quibus paullo poſt in plur. In pauſa occurrit cum* Kametz *penult.*, אַל־תָּרִימוּ קָרֶן, Pſalm. 75. v. 5., ne efferatis, *ſive* ne exaltetis cornu, *i. e.* ne confidatis, *aut* gloriemini,

ni fortudine, *ſive* robore *veſtro*: *Cum præfix.* הַקֶּרֶן הַגְּדֹלָה cornu magnum, Dan. 8. v. 8., בְּקֶרֶן in cornu, *id eſt* in tuba, *ſive* buccina cornea, Joſ. 6. v. 5. *Aliud vide paullo antè*: *Cum affix.* קַרְנִי cornu meum, *id eſt* fortitudo, *ſive* robur meum, 1. Sam. 2. verſ. 1., קַרְנֵנוּ cornu noſtrum, Pſalm. 89. v. 19., קַרְנְךָ, 1. Sam. 16. v. 1., *&* קַרְנֵךְ, Mich. 4. verſ. 13., cornu tuum; קַרְנְכֶם cornu veſtrum, Pſalm. 75. verſ. 6. קַרְנוֹ cornu ejus, Pſalm. 89. v. 25. *Duale* קַרְנַיִם מִיָּדוֹ לוֹ, Habac. 3. v. 4., cornua duo, *ſive ut multi reddunt*, *in plur.*, cornua, *id eſt* robur, *ſive* potentia è manu, *vel* è latere ejus *ſunt* ei; *Quidam cum Ab. Eſra exiſtimant*, *per τὸ* cornua *deſignatos metaphoricè fuiſſe* radios, *vel* ſcintillas; *redditurque*, radii ſplendentes, *quales ſcil. emittere ſolent* cornua ſplendentia, è latere ejus *emicabant*: *In pauſa* קְרָנָיִם, Amoſ. 6. verſ. 13., cornua, *id eſt* imperium, & rerum faſtigium, *ſive* potentia, vires, opes: *Alia vide infra inter nomina*, *quæ ſequentur*: *Conſtr.* וְכָל־קַרְנֵי רְשָׁעִים & omnia cornua improborum, *ſive* peccatorum, Pſalm. 75. v. 11., וּמִקַּרְנֵי & à cornibus, Pſalm. 22. v. 22. *Cum affix.* וּבְקַרְנֵיכֶם & cornibus veſtris, Ezech. 34. verſ. 21., קַרְנָיו cornua ejus, Deut. 33. v. 17. *Vide etiam infra in nom.* קֶרֶן: בְּקַרְנָיו cornibus ſuis, Geneſ. 22. verſ. 13. *Plur. ex terminatione fœminina* קְרָנוֹת, *&* הַקְּרָנוֹת cornua, Zach. 2. vv. 1. 4. *Conſtr.* קַרְנוֹת cornua; עַל־קַרְנֹת הַמִּזְבֵּחַ, Exod. 29. v. 12., ſuper cornua altaris; *putant nonnulli*, *per τὰ* cornua *hoc in loco*, *ſicuti &* cap. 27. v. 2., Levit. 4. v. 7., 1. Reg. 1. v. 51., Jerem. 17. v. 1., *& alibi*, *deſignari totidem veluti* radios, *qui*, *ex* altari *prorumpentes*, cornuum *ſpeciem ad quatuor angulos exhiberent*; *malunt alii*, cornua altaris *ipſiſſimos eſſe* altaris angulos *porrectos*, *ſuper quos fundebantur liquores*; *Videantur hac de re Calmet comment. in* Exod., *& alii Critici Sacri*: קַרְנוֹת שֵׁן, Ezech. 27. v. 15., cornua eboris, *id eſt* dentes eburnei, *ſimiles ſcil.* cornibus, *ità Vulg.*, *aliique multi exponunt*: בְּקַרְנוֹת in cornibus; וּלְקַרְנוֹת & cornibus: *Cum affix.* קַרְנֹתָיו cornua ejus, Exod. 27. verſ. 2., *&c.*

קֶרֶן *comm. Chald.* cornu: קֶרֶן אָחֳרִי cornu aliud, Dan. 7. verſ. 8.

verſ. 8. *Et in ſtatu emphat.* קַרְנָא cornu, Dan. 7. v. 11., קָל קַרְנָא, Dan. 3. vv. 5. 7. 10. 15., ſonitus cornu, *i. e.* tubæ, *inſtrumenti ſcil. muſici*; וְקַרְנָא & cornu, Daniel. 7. vv. 20. 21., בְּקַרְנָא־דָא in cornu iſto, Dan. 7. verſ. 8. *Duale, ſed ſenſu plur.*, וְקַרְנַיִן עֲשַׂר לַהּ, Dan. 7. v. 7., & cornua decem ei *erant*: *Et in ſtatu emphat.* מִן־קַרְנַיָּא de cornibus, Dan. 7. v. 8., וְעַל־קַרְנַיָּא & de cornibus, Dan. 7. v. 20., בְּקַרְנַיָּא ad cornua, Dan. 7. v. 8.

קֶרֶן *Vide ſupra in* קֶרֶן *Hebr.*

קֶרֶן *comm.* Cornu. *Inde duale* וְלוֹ קְרָנַיִם וְהַקְּרָנַיִם גְּבֹהוֹת, Dan. 8. verſ. 3., et ei *erant* cornua duo, *i. e.* duæ nationes, *vel* duo imperia, & ipſa cornua duo *erant* alta, *ſive* excelſa; *notandum autem, quod licet in Hebræo ſit forma dualis; quidam tamen putant, pluraliter legendum, quia multi reges fuerunt, qui hic per* cornua *indicantur*: עַד־הָאַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם, Dan. 8. v. 6., uſque ad arietem dominum duorum cornuum, *i. e.* habentem duo cornua, *ſive* bicornem, *Vulgat. reddit* cornutum: *& in pauſa* בַּעַל הַקְּרָנָיִם *idem ac ſupra*, Dan. 8. v. 20. *Cum affix.* אֶת־שְׁתֵּי קְרָנָיו duo cornua ejus, Dan. 8. v. 7.

קַרְנָא *Chald.*, *& plur.* קַרְנַיָּא *vide ſupra in* קֶרֶן *Chald.*

קַרְנַיִם Karnaim, *nomen proprium urbis in Baſan*, Geneſ. 14. verſ. 5.

קָרַס Curvus fuit, curvatus, inflexus, reflexus eſt, *ita Buxtorfius, & recentiores alii exponunt*: *Ut autem admonet Robertſon, verbum hoc arctius eſt quam* כָּרַע, *quod* crurum incurvationem *propriè ſignificat*: *Præter. plur.* קָרְסוּ כָּרְעוּ יַחְדָּו, Iſa. 46. v. 2., reflexi, *ſive* incurvati ſunt, incurvarunt ſe in unum, *vel* ſimul, pariter; *Vulg. vertit*, contabuerunt, & contrita ſunt ſimul; *nec immeritò*: *ſimulacra enim, de quibus ibi eſt ſermo, dum* incurvantur, *nec eſt, quo ſuſtineantur*, concidunt, procidunt humi, conteruntur: *Particip.* כָּרַע בֵּל קֹרֵס נְבוֹ, Iſa. 46. v. 1., incurvatus eſt Bel, reflexus, *vel* inflexus eſt Nebo; *Vulg. autem vertit*, confractus eſt Bel, contritus eſt Nabo; *quæ quidem verſio formata videtur ad imitationem loci analogi* capit. 21. verſ. 9. *ejuſdem Prophetæ*.

קֶרֶס *m.* Anſula, uncinus, *à* curvitate, *&* forma inflexa *di-*

ſtus קֶרֶס : *Vulgat. Interpres nunc* annulum , *nunc* fibulam , *nunc* circulum *vertit* . *Occurrit in plur. tantum* : *Cum præfixo* , הַקְּרָסִים , Exod. 26. vv. 11. 33. , anſulæ, *&* *juxta Vulg.* fibulæ , circuli ; בַּקְּרָסִים , Exod. 26. v. 6 , anſulis , *ſive* circulis , fibulis : *Conſtr.* וְעָשִׂיתָ חֲמִשִּׁים קַרְסֵי זָהָב , Exod. 26. verſ. 6. , & facies quinquaginta anſulas , *ſive* , *juxta Vulg.* , circulos auri , *id eſt* aureos : *Cum affix.* אֶת־קְרָסָיו (fecerunt) anſulas , uncinos , *ſive* , *juxta Vulg.* , annulos ejus , Exod 35. v. 11.

קֵרֹס Kerós , *nom. propr. viri* , Eſdr. 2. v. 44.

קַרְסֹל *m.* Talus, malleolus pedis, incurva *ſcil.* , *&* mollior *illa calcanei pars* , *qua mediante* , molliter incedimus ; *compoſ. ex* קרס curvus fuit , *&* רסל *Arab.* molliter inceſſit , *ut eſt Joa. Simoni animadverſum* : *Alii apud Robertſon volunt compoſitam dictionem hanc ex* קָרָה occurrit , *&* סָלַל ſtravit ; *quia ſcil.* tali *ita ſunt* ſtrati , & ordinati *in pedibus* , *ut inter ſe* occurrant . *Plur.* , *vel dual.* , *ut quidam arbitrantur* , *cum affix.* קַרְסֻלָּי , 2. Sam. 22. v. 37. , malleoli pedum meorum , *juxta Buxtorfium* , *vel* tali mei , *juxta alios* ; *ſed in* Pſal. 18. v. 37. , *LXX. habent* τα ἴχνη μȣ , *i. e.* , *ut reddunt etiam Vulg.* , *aliique* , veſtigia mea : *Sunt præterea* , *qui vertunt* crura , genua mea , *vel* poplites meos .

קָרַע Fidit , ſcidit , abſcidit , incidit , excidit , proſcidit , laceravit , rupit : *Præter.* קָרַע laceravit , ſcidit , 1. Sam. 15. verſ. 28. , *&c.* , וְקָרַע & lacerabit , abrumpet , Levit. 13. v. 56 , וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי , Jerem. 22. v. 14. , & excidit , *vel* perforat ſibi feneſtras meas ; *Vulgat.* , *& alii putant* , τὸ חַלּוֹנָי *poſitum pro* חַלּוֹנִים , *atque vertunt* , qui aperit ſibi feneſtras : *Fœm. in pauſa* קָרָעָה laceravit , ſcidit , 2. Sam. 13. v. 19. , קָרַעְתְּ בְּגָדֶיךָ laceraſti veſtimenta tua , 2. Reg. 5. v. 8. , לוּא־קָרַעְתָּ שָׁמַיִם utinam rumperes , dirumperes cœlos , Iſa. 63. v. 19. , קָרַעְתִּי laceravi , ſcidi , Eſdr. 9. verſ. 3. , וְקָרַעְתִּי & lacerabo , dirumpam , Ezech. 13. vv. 20. 21. *Plur.* קָרְעוּ lacerarunt , ſciderunt , Num. 14. v. 6. , Jerem. 36. v. 24. , *item* , *juxta Joa. Simonem* , *alioſque* , proſciderunt verbis , *ſive* lacerarunt famam *meam* , Pſalm. 35. verſ. 15. , *ubi LXX.* , *& Vulg. verterunt* ,

dilſipati

diſſipati ſunt, *id eſt* diviſi ſunt inter ſe, ſecti, diſcordes ſententiis, *vel* ſecuerunt ſe *in varios maledicendi modos, ut Genebrardus exponit*: *Partic.* קֹרֵעַ אֶת־הַמַּמְלָכָה abſcindens, abrumpens regnum, 1. Reg. 11. verſ. 31. *Partic. Pahul* קָרוּעַ כֻּתָּנְתּוֹ laceratus tunica ſua, 2. Sam. 15. verſ. 32., *Plur.* קְרֻעִים lacerati, 1. Sam. 4. verſ. 12., 2. Sam. 1. verſ. 2. *Conſtr.* קְרוּעֵי, 2. Reg. 18. verſ. 37., Iſa. 36. verſ. 22., *&* קְרֻעֵי, 2. Sam. 13. v. 31., laceratis, *ſive* ſciſſis (veſtibus): *Infin.* קְרֹעַ lacerando, ſcindendo, 1. Reg. 11. verſ. 11., עֵת לִקְרוֹעַ tempus lacerandi, ſcindendi, *ſive* ad lacerandum, ſcindendum, Eccleſ. 3. verſ. 7. *Cum præfix.*, *& affix.* וּבְקָרְעִי, Eſdr. 9. v. 5., & in lacerando, *ſive* ſcindendo me, *id eſt* dum ſcinderem: *Imper. plur.* קִרְעוּ lacerate, ſcindite, 2. Sam. 3. verſ. 31. *Futur.* אֶקְרַע, *& in pauſa* אֶקְרָע, 1. Reg. 11. vv. 11. 13., Hoſe. 13. v. 8., ſcindam, abſcindam, abrumpam, dirumpam; וָאֶקְרַע & ſcidi, 1. Reg. 14. v. 8., *item cum affix.*, *&* Nun *epenthet.* אֶקְרָעֶנָּה lacerabo, ſcindam illud, 1. Reg. 11. v. 12., וַתִּקְרַע & ſcidiſti, 2. Reg. 22. v. 19., 2. Paral. 34. v. 27., *item fœm.* כִּי־תִקְרְעִי בַפּוּךְ עֵינַיִךְ, Jerem. 4. verſ. 30., quamvis laceres, rumpas ſtibio oculos tuos, *id eſt ſupercilia tua*; *Alii vertunt*, aperias, dilates licet ſtibio oculos tuos; ſtibium *enim* dilatat oculos: *LXX. habent*, ἐὰν ἐγχρίσῃ σίβῃ τὺς ὀφθαλμὺς σε ſi unxeris ſtibio oculos tuos: *Vulg. reddit* & pinxeris ſtibio oculos tuos: וַיִּקְרַע & ſcidit, Geneſ. 37. v. 29., *& cum affix.* יִקְרָעֶהָ laceravit, ſcidit illud, Jerem. 36. v. 23., וַיִּקְרָעֵם & laceravit, ſcidit ea, 2. Sam. 1. v. 11., וַתִּקְרַע & ſcidit, laceravit, 2. Reg. 11. v. 14., 2. Paral. 23. v. 13. *Plur.* וַיִּקְרְעוּ & lacerarunt, ſciderunt, Geneſ. 44. v. 13. *Niph. Præter.* הַמִּזְבֵּחַ נִקְרָע altare findetur, ſcindetur, *ſive* ſciſſum eſt, 1. Reg. 13. vv. 3. 5. *Futur.* לֹא יִקָּרֵעַ ne laceretur, Exod. 28. v. 32., וַיִּקָּרַע & laceratum, ſciſſum eſt, 1. Sam. 15. v. 27.

קְרָעִים *maſc. plur.* Fragmenta, fruſta, ſciſſuræ, partes, 1. Reg. 11. vv. 30. 31., 2. Reg. 2. v. 12. *Item* veſtimenta lacera, panni laceri, Prov. 23. v. 21.

קָרַץ Incidit, concidit: *Et metaphoricè* oculis *attributum*, *ſonat latinè* nictavit, annuit, *id eſt breviter*, *&* *raptim* movit, *ſive* compreſſit oculos: *Particip.* קֹרֵץ בְּעֵינָו, Prov. 6. v. 13., nictat, *ſive* annuit oculo ſuo, *vel* oculis ſuis; *nam Maſſora monet legendum cum* Jod *in fine*, *videl.* בְּעֵינָיו; *ita* קֹרֵץ עַיִן qui nictat, annuit oculo, Prov. 10. v. 10., קֹרֵץ שְׂפָתָיו, Prov. 16. v. 30., incidens labia ſua, *id eſt*, agitans, motitans, *ut* *&* *de* oculis *uſurpatur*; *vel*, incidens ſermones ſuos, *i. e.*, doloſè, *&* mutilè ſua conſilia proponens, celans, *&* *quaſi* amputans *contraria*, *quæ in animo habet*, *ita Buxtorfius*: *Sed Aq.*, *Sym.*, *Theod. verterunt*, *κνίζων* vellicans; *&* *Joa. Simon reddit*, comprimens, *ſive* comprimendo vellicat labia sua: *Vulg.*, *&* *alii habent*, mordens labia ſua, *ex ira ſcil.*, *&* *vindictæ cupiditate*: *Futur. plur.* יִקְרְצוּ־עָיִן, Pſalm. 35. v. 19., nictant, nictent, *&* *juxta Vulgat.* annuunt oculo? *Pyh. Præter.* מֵחֹמֶר קֹרַצְתִּי גַם־אָנִי, Job. 33. v. 6., de luto deciſus, exciſus ſum etiam ego, *id eſt* formatus ſum, *uti exponunt LXX.*, *Vulg.*, *Joa. Simon*, *alique*; *atque metaphora deprompta videtur à* figulis, *qui*, *vaſa* formaturi, *maſſam* compreſſis digitis *à luto* avellunt.

קֶרֶץ *m.* Excidium, *juxta multos*: *Occurrit* Jerem. 46. v. 20. *ita*, עֶגְלָה יְפֵה־פִיָּה מִצְרָיִם קֶרֶץ מִצָּפוֹן בָּא בָא vitula pulcherrima Ægyptus: *Sed* diſſectio, *illius ſcil. vitulæ*, ab Aquilone ventura, ventura, *h. e.* excidium *Ægypti* ab Aquilone celerrimè, *ſive* certiſſimè futurum: *Vulg. vertit*, vitula elegans, atque formoſa Ægyptus: Stimulator ab Aquilone veniet ei.

קְרַץ *maſc. Chald.* Accuſatio, criminatio, querela *in alterius* excidium *inſtituta*: *Occurrit tantum in plural. cum affix.*, *cujus exempla vide ſupra in* אכל *pag.* 33.

קַרְקַע *maſc.* Solum, fundum, pavimentum, fundamentum, *ſeu* firmamentum *inferius ædificiorum*: *eſt enim* קרקע *dictio compoſita ex* קיר paries, *&* רָקַע expandit, *quemadmodum notat Robertſon*: קַרְקַע הַבַּיִת pavimentum domus, 1. Reg. 6. vv. 15. 30. *Cum præfix.* הַקַּרְקַע ſolum, fundamentum, 1. Reg. 6. v. 16., *&* *in pauſa* מֵהַקַּרְקַע עַד־הַקַּרְקָע, 1. Reg. 7. verſ. 7., à ſolo uſque ad ſolum, *ſive* à pavimento

mento uſque ad pavimentum, *i. e.* ab una parte ſoli uſque ad alteram, *q. d.* totum pavimentum à pariete ad parietem, *quemadmodum exponunt Arias Montanus, Pagninus, Kimchi, R. Salomon, aliique*; הַקַּרְקָעָה *nom. propr. vide infra*; בְּקַרְקַע in pavimento, *ſive* ſolo, Numer. 5. v. 17., *ſed* בְּקַרְקַע הַיָּם, Amoſ. 9. v. 3., in fundo, *ſive* in profundo maris; מִקַּרְקַע הַבַּיִת à ſolo, à pavimento domus, 1. Reg. 6. v. 15. *Plural.* קַרְקָעִים *Rabbinis ſunt* bona immobilia.

הַקַּרְקָעָה, Joſ. 15. v. 3., *ubi* ה *in fine eſt locale*, Karkanahh, *& juxta Vulg.* Carcaa, *nom. propr. loci in finibus auſtralibus Judæ*.

קרקר *Vide ſupra in* קור *pag.* 1256. *Vide aliud, quod mox ſequitur*.

קַרְקֹר *Nom. propr. loci, ſive civitatis, uti quibuſdam, apud Calmetium, videtur. Semel occurrit ita* Jud. 8. verſ. 10. וְזֶבַח וְצַלְמֻנָּע בַּקַּרְקֹר & Zebach, & Tzalmunnàh *erant* in Karkor; *Vulgat. autem vertit*, Zebee autem, & Salmana requieſcebant, *quoſi* eſſe in Karkor *ſignificet* eſſe in quiete, *vel, quod idem eſt*, requieſcere. *Certè, ut notat Bochartus in* Geographia Sacra lib. 1. cap. XXIV., *Arabibus* קרקרה Karkara *eſt* terra, *in quà* tutò, *&* pacatè vivitur, *ita habetur apud Giggejum. Et verbum* קר, *unde* קרקר, quieſcere, *&* in tuto eſſe *ſignificat, maximè in decima conjugatione*.

קרר *Radix apud Auctores Sacros inuſitata: Sed Chald., Syr., Arab., & Rabbinis eſt*, friguit, frigidus fuit; *Item Arab. eſt*, quievit; *& Æthioph.*, remiſſior facta eſt ira, *ut notat Joa. Simon. Inde ſunt*.

קֹר *m.* Frigus, Geneſ. 8. v. 22.

τὸ רְדוּ *ſpectat ad* יָרַד, *atque vertendum*, deſcendite; *in quem ſenſum à Vulg.*, *aliiſque accipitur etiam apud* Jol. 4. verſ. 13. *Quidam tamen hoc in loco exponunt*, calcate, *ex ſignificatione radicis Arabic.* ردى calcavit: *Futur.* אֶרְדֶּה, *&* אֵרֵד *vide ſupra in* יָרַד *pag.* 491., לֹא־תִרְדֶּה בוֹ non dominaberis ei, *& juxta alios*, ne affligas, ne opprimas eum, Levit. 25. vv. 43. 46., *& per apocopam* וְיֵרְדְּ, *pro* וְיִרְדֶּה, Numer. 24. v. 19., Pſalm. 72. v. 8., & dominabitur, dominetur: וַיֵּרַד, *& alia ſpectant ad* יָרַד: *Cum affix.* לֹא־יִרְדֶּנּוּ, Levit. 25. v. 53., non dominabitur in eum, *ſive, ut habet Vulg.*, non affliget eum: וַיִּרְדֵּהוּ אֶל־כַּפָּיו & accepit illud in manus ſuas, Jud. 14. verſ. 9., וַיִּרְדֶּנָּה, Thr. 1. v. 13., & dominabatur ei, *ſive* qui dominaretur ei, *cuique ſcil. oſſium*, *ita multi cum Buxtorfio*; *Joa. vero Simon*, *aliique reddunt*, & extendit, diduxit eum; *LXX. habent*, & deorſum egit eum; *Vulg. vertit*, & erudivit me: *Plural.* נֵרְדָה, נֵרֵד *ſpectant ad* יָרַד: יִרְדּוּ עַל־יְדֵיהֶם, Jerem. 5. v. 31., capiunt in manus ſuas, *ſcilicet* munera. *Nam*, *ſequente nomine* יָד, *Kimchi vult*, *idem eſſe*, *quod* capere, accipere: *R. Salomon exponit*, dominantur per manus eorum opera eorum, *hactenus Buxtorfius*: *Sed LXX. verterunt*, *καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν*, *id eſt*, *ut etiam habet Vulgat.*, applaudebant manibus ſuis: וְיִרְדּוּ & dominentur, Geneſ. 1. v. 26., וַיִּרְדּוּ בָם & dominabuntur in eos, Pſal. 49. verſ. 15., *item* & dominati ſunt בָּהֶם in eos, *ſive*, *juxta Vulg.*, & poſſederunt eos, Nehem. 9. verſ. 28. *Pih. Futur. per apocopam*, יְרַד dominari facit, dominium tradit, Jud. 5. v. 13., *ita Buxtorfius*: *Quidam autem reddunt per Futurum*, dominabitur, dominari faciet, dominatum concedet; *Alii per Præteritum*. *Hiph. Futur.* וּמְלָכִים יַרְדְּ & in reges faciet, ut dominentur, Iſa. 41. verſ. 2., *& ſubauditur Præpoſitio* ב, וּבִמְלָכִים.

רְדֶה, רְדוּת *Vide ſupra in verbo* רָדָה.

רֶדֶת *Vide ſupra in* יָרַד *pag.* 491.

רדם Sopivit, ſomno obdormivit, *in Kal inuſit. Inde Niph.* נִרְדַּם ſomno ſopitus eſt, ſopore obrutus fuit, ſomno obdormivit, *propriè* ſomno, ſopore alto, *atque* gravi:

Præter. נִרְדַּמְתִּי עַל־פָּנַי אָרְצָה, Dan. 8. verſ. 18., ſopore obrutus fui ſuper faciem meam in terram, *ſive* terram verſus; *LXX. habent*, πίπτω cado in faciem meam; *Vulg.* collapſus ſum pronus in terram: *Particip.* וְהוּא נִרְדָּם & ipſe ſopore obruitur, Jud. 4. v. 21., מַה־לְּךָ נִרְדָּם quid tibi eſt ſomnolente, Jon. 1. v. 6., *ubi Vulg. reddit*, quid tu ſopore deprimeris? נִרְדָּם וְרֶכֶב וָסוּס, Pſalm. 76. v. 7., ſopore obrutus, conſopitus eſt currus, & equus; *LXX. ſunt interpretati*, ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους, *id eſt, ut Vulgat. reddit*, dormitaverunt, qui aſcenderunt equos; *legerunt propterea* רֹכֵב *pro* רֶכֶב: *Futurum* וַיֵּרָדַם & ſomno ſopitus fuit, *ſive* erat, *& juxta Vulg.*, (dormiebat) ſopore gravi, Jon. 1. v. 5. *Vide, quæ ſequuntur.*

* רֹדֵם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* רָדָה *pag.* 1390.

תַּרְדֵּמָה *f.* Sopor, ſomnus gravis, *&* profundior, *ex quo difficulter quis excitatur: Litera* ת *ab initio eſt heemant. Occurrit* Geneſ. 2. v. 21., 15. v. 12., *&c. Conſtr.* כִּי תַּרְדֵּמַת יְהוָה nam ſopor Domini, *id eſt*, maximus, *&* divinitus immiſſus (ceciderat ſuper eos), 1. Sam. 26. v. 12.

רָדַף Perſecutus, proſecutus, ſecutus, ſectatus, inſectatus eſt. *Conſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit.* אַחֲרֵי. *Præter.* רָדַף אַחֲרֵי הָרֶכֶב perſecutus eſt currum illum, Jud. 4. verſ. 16., וְרָדַף & perſequetur, Exod. 14. verſ. 4., וְרָדַפְתִּי & perſequar, Jerem. 29. v. 18. *Plur.* רָדְפוּ, Geneſ. 35. verſ. 5., *& in pauſa* רָדָפוּ, Pſalm. 69. v. 27., perſecuti ſunt; וְרָדְפוּ & perſequentur, Levit. 26. v. 8., *& cum affix.* רְדָפוּנִי perſecuti ſunt me, Pſal. 119. v. 86., רְדָפוּךָ perſecuti ſunt te, Deut. 30. v. 7., רְדָפוּם perſecuti ſunt eos, Joſ. 8. v. 24., וּרְדַפְתֶּם & perſequemini, Levit. 26. v. 7. *Partic.* רוֹדֵף, *& abſque* Vau, רֹדֵף perſequens: אַחֲרֵי מִי אַתָּה רֹדֵף quem tu perſequeris? 1. Sam. 24. verſ. 15., אֶל־הָרוֹדֵף contra perſequentem, Joſ. 8. verſ. 20. *Cum affix.* רֹדְפָם perſequens eos, Pſal. 35. v. 6. *Plural.* רֹדְפִים, Jud. 8. v. 4., *&* הָרֹדְפִים, Joſ. 2. vv. 7. 16., *& conſtr.* רֹדְפֵי, Pſalm. 119. v. 150., perſequentes, ſectantes: *Cum affix.* רֹדְפַי, Pſalm. 7. v. 2., *& in pauſa* רֹדְפָי, Pſalm. 35. v. 3., perſequentes me; בְּרֹדְפַי in perſequentes me, Pſalm. 119. v. 84., מֵרֹדְפָי a perſequentibus

bus me, Pſalm. 31. verſ. 16., רֹדְפֵינוּ perſequentes nos, Thren. 4. verſ. 19., רֹדְפֶךָ perſequentes te, 2. Sam. 24. verſ. 13., רֹדְפֵיכֶם perſequentes vos, Iſa. 30. verſ. 16., רֹדְפֶיהָ perſequentes eam, Thren. 1. v. 3., רֹדְפֵיהֶם perſequentes eos, Nehem. 9. verſ. 11. *Infin. cum præfix.* לִרְדֹּף ad perſequendum, Joſ. 8. v. 16., מֵרְדֹף à perſequendo, 1. Sam. 23. v. 28. *Cum affix.* תַּחַת רָדְופִי טוֹב, Pſal. 38. verſ. 21., *ubi Maſſora legit* רָדְפִי, propterea quod proſequebar ego bonum; לִרְדָפְךָ ad perſequendum te, 1. Sam. 25. v. 29., עַל־רָדְפוֹ, Amoſ. 1. v. 11., eo quod perſecutus ſit ipſe; בְּרָדְפָם, Deuter. 11. v. 4., quum perſequerentur ipſi: *Imper.* רְדֹף perſequere, Geneſ. 44. v. 4., *&* *cum affix.* וְרָדְפֵהוּ & perſequere eam (*pacem*), Pſalm. 34. v. 15. *Plural.* רִדְפוּ perſequimini, Pſalm. 71. v. 11. *Futur.* אֶרְדּוֹף, Pſalm. 18. verſ. 38., *&* אֶרְדֹּף, Exod. 15. v. 9., *item cum* ה *paragog.*, אֶרְדְּפָה, 2. Sam. 22. v. 38., perſequar: תִּרְדֹּף perſequeris, Thren. 3. v. 66., *& cum affix.* וַתִּרְדְּפֵנוּ & perſequutus es nos, Thren. 3. v. 43., תִּרְדְּפֵם perſequeris eos, Pſalm. 83. v. 16., יִרְדֹּף, Deut. 29. v. 6., *&c.*, *item* יִרְדָּף־, Joſ. 23. v. 10., perſequatur, perſequetur: *Sed* יִרַדֹּף, Pſalm. 7. verſ. 6., perſequatur, *eſt compoſitum ex Kal.*, *& ex Pih.* יְרַדֵּף, *ut notat Joa. Simon*, *q. d.* perſequitur, *&* alios ad perſequendum incitat: וַיִּרְדֹּף & perſequtus eſt, Geneſ. 31. v. 23., *& cum affix. in pauſa*, יִרְדָּפֶךָ, Ezech. 35. v. 6., *ubi Maſſora habet* יִרְדֳּפֶךָ, perſequetur te; יִרְדְּפוֹ perſequetur eum; וַיִּרְדְּפֵהוּ & perſequutus eſt eum, Jud. 9. v. 40., יִרְדְּפֵם perſequetur eos, Iſa. 41. v. 3., וַיִּרְדְּפֵם & perſequutus eſt eos, Geneſ. 14. v. 15. *Plur.* נִרְדָּף־לוֹ perſequemur, *vel* perſequamur eum, Job. 19. verſ. 28., *& cum* ה *paragog.* נִרְדְּפָה ſequemur, Hoſe. 6. v. 3., תִּרְדּוֹפוּ; *inde cum affix.* תִּרְדְּפֻנִי perſequimini me, Job. 19. verſ. 22., יִרְדְּפוּ, 2. Sam. 2. v. 28., *& in pauſa* יִרְדֹּפוּ, Levit. 26. verſ. 8., Iſa. 5. verſ. 11., perſequentur, perſequuntur, ſectantur: *Cum affix.* יִרְדְּפוּנִי proſequentur me, Pſalm. 23. verſ. 6., וַיִּרְדְּפוּם & perſequuti ſunt eos, Joſ. 7. v. 5. *Niph. præter. plur.* עַל צַוָּארֵנוּ נִרְדָּפְנוּ, Thren. 5. v. 5., ſuper collum, *ſive* cervicem noſtram perſecutionem patimur, *vel*

paſſi ſumus, *ita Buxtorfius*, *aliique reddunt*; *Sed LXX. ſunt interpretati*, ἐπὶ τραχήλον ἐδιώχθημεν, *i. e.*, *ut habent Vulg.*, *&* *alii*, cervicibus noſtris minabamur, *id eſt agebamur ut pecudes*: *Partic.* יְבַקֵּשׁ אֶת־נִרְדָּף, Eccleſ. 3. v. 15., *Buxtorfius reddit*, requiret conſequens, *vel* conſequentia; *Joa. Simon*, *&* *alii vertunt*, requiret perſecutionem patientem; *Multi cum Vulgat. habent*, quærit, inſtaurat præteritum, *vel* quod abiit, quod propulſum eſt, *id eſt id*, *quod fecit Deus*, *etiam nunc facit*, *&* *facturus eſt poſtea*. *Pih. Præter.* וְרִדְּפָה אֶת־מְאַהֲבֶיהָ & ſectabitur amatores ſuos, Hoſe. 2. v. 9. *Partic.* מְרַדֵּף ſectans, qui ſectatur, Prov. 11. v. 19., *&c. Futur.* יְרַדֶּף־חֹשֶׁךְ perſequentur tenebræ, Nah. 1. v. 8., *item anomalum ex forma Kal*, *&* *Pihel*, יִרַדֹּף perſequatur, Pſal. 7. verſ. 6., *compoſitum ex* יִרְדֹּף, *&* יְרַדֵּף; תְּרַדֵּף perſequetur, Prov. 13. v. 21. *Puh. Præter.* וְרֻדַּף & perſecutionem patietur, *i. e.* propelletur, agitabitur, *&* *juxta Vulg.* rapietur, Iſa. 17. v. 13. *Hiph. præter. plur. cum affix.* הִרְדִּיפֻהוּ perſequendum curaverunt eum, *ſive* perſecuti ſunt eum, Jud. 20. v. 43., *ubi Vulgat. ſenſum expreſſit*. *Hoph. Particip.* מֻרְדָּף perſecutionem patitur, perſecutione agitatur, Iſa. 14. v. 6., *Vulg. ibidem legit* מְרַדֵּף *pro* מֻרְדָּף; *nam vertit* perſequentem.

רָהַב Corroboravit, extulit: *vel intranſitivè*, corroboravit, extulit ſe, *hactenus Buxtorfius*: *Sed à Joa. Simone*, *&* *quibuſdam aliis redditur*, robuſtus, fortis fuit: *item*, *ex* robore, *&* vigore, ferocivit, inſolenter egit; *&* *tranſitivè*, fortiter inſtitit, urſit: *Alii aliter vertunt*: *Aliud* רָהַב *vide infra in nomine* רַהַב. *Imper.* וּרְהַב רֵעֶיךָ, Prov. 6. verſ. 3., & robora amicos tuos, *juxta Buxtorfium*; *Vulg. autem*, *&* *alii reddunt*, ſuſcita, urge amicos tuos, *ſive* fortiter inſta amicis tuis: *Futur. plural.* יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן efferent ſe puer quiſque in ſenem, Iſa. 3. verſ. 5. *Hiph. præter. plur. cum affix.* שֶׁהֵם הִרְהִיבֻנִי, Cantic. 6. verſ. 5., quia ipſi extulerunt me, *ita Buxtorfius*: *Alii habent* animoſum me reddiderunt, *ſive* fortiter me moverunt; *Vulg. reddit*, quia ipſi me avolare fecerunt: *Futur. cum affix.* תַּרְהִבֵנִי בְנַפְשִׁי עֹז, Pſalm. 138. v. 3., *Buxtorfius vertit*, feciſti, ut efferret me in anima mea robur; *Pagninus*, *&* *alii*

alii reddunt, roboraſti me in anima mea fortitudine; *Vulgat. habet*, multiplicabis in anima mea virtutem.

רַהַב *m*, Elatio, ſuperbia. *& adjective* vanus, ſuperbus, arrogans, inſolens, ferox: *Item* robur, fortitudo: אַזְכִּיר רַהַב, Pſalm. 87. v. 4., *hoc in loco τὸ* רַהַב *quibuſdam eſt nom. appellativum; aliis vero nom. proprium: LXX. ſunt interpretati, μνησθήσομαι* Ῥαὰβ memor ero Rahab: *A Pagnino redditur*, memorabo Ægyptum; *ab aliis*, faciam, ut meminerint Ægypti; *quæ quidem ſæpius nomine* רַהַב *deſignatur propter ſuam* ſuperbam: רַהַב הֵם שָׁבֶת, Iſa. 30. v. 7., *ubi, ut habet Buxtorfius*, הֵם *eſt pro* לָהֶם, *vel Pronomen ſeparatum eſt loco affixi, ut Rabbi Salomon notat, pro* רָהְבָם, *& redditur ab eodem Buxtorfio*, fortitudo ipſorum, vel ipſis eſt manere; *Vulgat. vertit*, ſuperbia tantum eſt, quieſce: הַמַּחְצֶבֶת רַהַב excidens ferociam, inſolentiam, *juxta quoſdam; At Vulgat., & alii reddunt* percutiens, *vel* percuſſiſti ſuperbum: *In pauſa* רָהַב; *ut* תַּחְתָּו שָׁחֲחוּ עֹזְרֵי רָהַב, Job. 9. v. 13., ſub eo incurvant ſe adjutores, *ſive* fautores ſuperbiæ, elationis; *Vulgat. vertit*, ſub quo curvantur, qui portant orbem: מָחַץ רָהַב, Job. 26. v. 12., diſcidit elationem, *id eſt, ut notat Buxtorfius*, aquas elatas, mare tumidum; *Vulgat. habet*, percuſſit ſuperbum: דִּכִּאתָ כֶחָלָל רָהַב tu confregiſti, *ſive* humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum, *id eſt* Ægyptum, *ut cum Pagnino exponunt multi*: *Plur.* אֶל־רְהָבִים ad ſuperbos, Pſal. 40. v. 5.

רֹהַב *m. Inde cum affix.* וְרָהְבָּם עָמָל וָאָוֶן, Pſalm. 90. v. 10., & robur eorum, (*i. e., excellentiſſimum quodque*), labor, & moleſtia eſt. *Quidam volunt, eſſe Infinitivum Kal, quibus obſtat* Dages *lene in* ב, *quod in literis* בגד כפת *in eo modo adhiberi non ſolet*: *Rectè in nominibus, hactenus Buxtorfius*: *LXX. ſunt interpretati, πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος, id eſt* & amplius eorum, labor, & dolor.

רוֹהְגָּה Rovhgáh, *& juxta Vulgat.* Roaga, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 34.

רָהָה Formidavit, timuit: *Futur. plural.* וְאַל־תִּרְהוּ neque timeatis, Iſa 44. v. 8.

רָהַט *Chald.* cucurrit: *Inde ut putant Buxtorfius, Joa. Simon, aliique, ſunt*

רַהַט *maſc.* Ambulacrum, *per quod* curritur, *&* ambulatur, *juxta quoſdam*: *Aliis eſt* canalis, *à* currendo *dictus* רַהַט, lacus, *ſive* locus concavus *in pratis*, alveus, tubulus *aquarum pluvialium*, incile: *Plur. cum præfix.* הָרְהָטִים canales, Exod. 2. v. 16., בָּרְהָטִים in canalibus, Gen. 30. v. 38., Cant. 7. v. 6.

רָהִיט *m.* Ambulacrum, *idem ſcil. ac* רַהַט, *juxta Kimchium in libro radicum*: *Sed alii in varium ſenſum illud accipiunt*: *Notandum autem, quod legitur ab omnibus cum* ה *in medio*; *ſcriptum tamen occurrit cum* ח, *ita ſcilicet* רָחִיט: *Cum affix.* רָהִיטֵנוּ, Cantic. 1. v. 17., ambulacrum noſtrum: *Chaldæus, & Hebræi priſci*, tignum, tigillum *exponunt, ut in Aruch videre eſt, quanquam in Talmud, Baſileæ edito, loca in Aruch citata aliter legantur, ut notat Buxtorfius. LXX. verterunt*, φατνώματα ὑμῶν, *i. e., ut habent Vulg., & alii*, laquearia noſtra; *ſunt etiam quidam reddentes* ligna tranſverſaria, *vel* trabes tenues, *vel* impluvia noſtra, *uti exponit Joa. Simon.*

רוא *maſc. Chald.* aſpectus, forma: *Cum affix.* וְרֵוֵהּ דְּחִיל & forma ejus terribilis erat, Dan. 2. verſ. 31., *&* 3. verſ. 25. *Dictio hæc a multis derivatur à* רָאָה, *mutato ſcil.* א *in* ו; *Alii vero repetunt à* רָוָא, *quæ radix Arabibus in II. Conjug. ſonat*, animum advertit ad rem, reſpexit finem, *uti refert Guarin.*

ריב Litigavit, contendit, rixatus eſt, *verbis magis, quam armis*, cauſam egit; *item, juxta Vulg. alloſque*, judicavit: *Verbum forenſe. Conſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit.* עִם, *&* עַל. *Præter. cum Infinit.* הֲרֹב רָב עִם יִשְׂרָאֵל an contendendo contendit, *ſive* rixatus eſt cum Iſraele? Jud. 11. verſ. 25., רָב אֶת־רִיבִי, 1. Sam. 25. verſ. 39., egit, *ſive* judicavit cauſam: *Aliud vide infra in Participio*; *vide etiam ſupra in* רָבַב, *& in nominibus, quæ ab eodem dimanant, pag.* 1365., *&c.*, רַבְתָּ אֲדֹנָי רִיבֵי egiſti, *ſive* judicaſti, Domine, cauſas, Thren. 3. v. 58. *Plural.* רָבוּ contenderunt, rixati, jurgati ſunt, Geneſ. 26. v. 22., Numer. 20. v. 13. *Vide in* רָבַב, *&* רָבָה: *Partic.* יָדָיו רָב לוֹ; Deut. 33. v. 7., manus ipſius, (*i. e.* manuum quæque, *aut* utraque manus), contendens pro illo, *id eſt*

ſuis

ſuis viribus pugnans cum hoſtibus ſuis : הוֹי רָב אֶת־יֹצְרוֹ, Iſa. 45. v. 9., væ contendenti cum fictore ſuo, *ſive*, *ut habet Vulgat.*, væ, qui contradicit fictori ſuo : הִנְנִי־רָב אֶת־רִיבֵךְ ecce ego judicaturus, *vel* acturus ſum cauſam tuam, Jerem. 51. v. 36., וָרָב, Iſa. 19. v. 20. (& mittet eis . . . .) & propugnatorem, *juxta Vulgat. Alii vero derivant à* רבב; *atque reddunt* magnatem, *ſive* principem, ducem : *Infin. cum præfix.* הֲרֹב num contendendo, contendere? Jud. 11. v. 25, Job. 40. v. 2. *Hiph.* הֵרִיב litigavit, contendit, cauſam egit, *&c.*, הָרִיב *vide infra in nomine* רִיב: *Præter. cum Aphæreſi literæ caracteriſticæ* ה, מַדּוּעַ אֵלָיו רִיבוֹתָ quare adverſus eum litigas? Job. 33. verſ. 13. *Partic. m.* מֵרִיב litigans : *Aliud* מֵרַיב *vide infra in nomine* רִיב : *Plur. conſtr. cum præfix.* כִּמְרִיבֵי כֹהֵן, Hoſe. 4. v. 4., ſicut contendentes, litigantes cum Sacerdote; *& cum affix.* מְרִיבָו, *pro* מְרִיבָיו, 1. Sam. 2. v. 10., rixantes, contendentes cum eo, *id eſt*, *juxta Vulgat.*, adverſarii ejus : *Fœm.* מְרִיבָה, *& plur.* מְרִיבוֹת *vide infra ſuo proprio loco inter nomina* : *Infinit. abſque* ה *charaſteriſtico*, רִיב contendendo, *ſive* judicando, Jerem. 50. v. 34., *& cum præfix.* לָרִיב, Job. 9. verſ. 3., *item cum* Vau *loco* Jod, לָרוֹב, Jud. 21. verſ. 22., *& abſque* Jod, לָרִב, Prover. 25. v. 8., contendere, jurgari : *Aliud* לָרִיב, *&* לָרִיב *vide infra in nom.* רִיב : *Imper.* רִיב רִיבְךָ, Prov. 25. v. 9., cauſam tuam litiga, age, *& juxta Vulgat.* tracta; *item* contende, Mich. 6. v. 1., *& cum* ה *paragog.* רִיבָה רִיבִי contende contentionem meam, age cauſam meam, Pſalm. 119. verſ. 154. *Plur.* רִיבוּ אַלְמָנָה cauſam agite viduæ, *& juxta Vulg.* defendite viduam, Iſa. 1. v. 17., רִיבוּ בְאִמְּכֶם רִיבוּ, Hoſe. 2. verſ. 4., contendite cum matre veſtra, contendite; *Vulg. reddit*, judicate matrem veſtram, judicate : *Futur.* וְאֶת־יְרִיבֵךְ אָרִיב, Iſa. 49. verſ. 25., & cum litigatore tuo litigabo, *ſive* contendam; *Vulg. reddit*, & eos, qui judicaverunt te, ego judicabo; וָאָרִיב, Nehem. 13. verſ. 25., *& cum* ה *paragog.* וָאָרִיבָה, Nehem. 5. v. 7., & contendi, *ſive*, *juxta Vulg.*, & objurgavi, increpavi : אַל־תָּרוֹב, Prover. 3. v. 30., *ubi* Vau *eſt loco* Jod, ne contendas : *Cum affix.* תְּרִיבֵנִי, Job. 10. verſ. 2., contendas mecum;

Vulg. reddit, me judicas; תְּרִיבֵהוּ contendiſti cum eo, *ſive* judicaſti eum, Deuter. 33. v. 8., תְּרִיבֶנָּה contendes cum ea, *ſive* judicabis eam, Iſa. 27. v. 8., אֲשֶׁר יָרִיב, Jud. 6. verſ. 31, qui contenderit, *ſive* contendet; *item* הוּא יָרֶיב לוֹ, Jud. 6. verſ. 31., ipſe contendat cum eo, *ſive* ipſe pro ſe litiget, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, vindicet ſe de eo; *Et alia forma*, אַל־יָרֵב ne contendat, non judicet, Hoſe. 4. v. 4. *Aliud* יָרִיב, יָרֵב *vide infra inter nomina*: *Cum præfix.* וַיָּרֶב & contendit, *ſive* jurgatus eſt, Gen. 31. v. 36. *Aliud vide in radice* ארב: *Plur.* תָּרִיבוּ, Jerem. 2. v. 29., *& cum* Nun *parag.* תְּרִיבוּן, Exod. 17. v. 2., contenditis, jurgamini: וַיָּרִיבוּ & contenderunt, jurgati ſunt, Geneſ. 26. v. 20., *& cum* Nun *paragog.* יְרִיבֻן contenderint, rixati fuerint, Exod. 21. v. 18.; וַיְרִיבוּן & contenderunt, Jud. 8. v. 1.

רוב, *&* רֹב; *Item cum affix.* מֵרֻבְּכֶם, *&c. Item Plur. conſtruct.* רֻבֵּי *vide ſupra in* רֹב *pag.* 1367., 1368.

רִיב, רִב *m.* Contentio, lis, controverſia, cauſa, *de qua* contenditur, judicium: וַיְהִי רִיב & fuit contentio, Gen. 13. verſ. 7. *Abſque* Jod, עַל־רִב ſuper, *vel* de lite, *ſive* cauſa, Exod. 23. v. 2. *Cum præfix.* הָרִיב lis, cauſa, Deut. 19. v. 17., בְּרִיב in contentionem, in rixas, Prover. 18. verſ. 6., לְרִיב ob cauſam, judicium, *ſive* pro cauſa, judicio, Iſa. 34. v. 8., *item* ad litem, Iſa. 58. verſ. 4., וְלָרִיב & ad cauſam, 2. Paral. 19. v. 8., מֵרִיב à contentione, à contradictione, Pſalm. 31. v. 21., Prover. 20. verſ. 3. *Cum affix.* רִיבִי cauſa mea, 1. Sam. 24. verſ. 16., אִישׁ רִיבִי, Job. 31. verſ. 35., vir litis, *ſive* contentionis meæ, *id eſt* qui litem mihi intendit; *Vulg. reddit*, ipſe, qui judicat; לְרִיבִי in cauſam meam, Pſalm. 35. v. 23., רִיבְךָ רִיב cauſam tuam age, tracta, Prov. 25. v. 9., *&* *in pauſa* רִיבָה רִיבֶךָ, diſcepta, judica cauſam tuam, Pſal. 74. v. 22., אַנְשֵׁי רִיבֶךָ, Iſa. 41. v. 11., viri contradictionis, contentionis tuæ, *id eſt* qui contradicunt tibi: קָרְבוּ רִיבְכֶם, Iſa. 41. verſ. 21., admovete litem veſtram, *ſive*, *juxta Vulgat.*, prope facite judicium veſtrum: בְּרִיבוֹ in controverſia ſua, in ſui cenſura, *LXX.*, *Vulg.*, *alii que*, Prov. 18. v. 17., *habent*, accuſator ſui: יָרִיב רִיבָם, Prov.

22.

22. v. 23., contendet pro lite, *ſive* cauſa ipſorum, *ſive* judicabit cauſam eorum; יָרִיב אֶת־רִיבָם אִתָּךְ aget cauſam illorum tecum, Prov. 23. v. 11., *ubi Vulg. vertit*, judicabit contra te cauſam illorum; בְּרִיבָם עִמָּדִי, Job. 31. v. 13., in lite ipſorum, *ſive* cum contenderent, diſceptarent ipſi adverſum me: *Plur. maſc. conſtr.* רִיבֵי contentiones, lites, *& juxta alios* cauſæ, Thren. 3. v. 58., מֵרִיבֵי à rixis, à contradictionibus, 2. Sam. 22. v. 44., Pſalm. 18. v. 44. *Fœm.* דִּבְרֵי רִיבֹת res controverſiarum, *id eſt*, controverſæ, Deuter. 17. v. 8., *& abſque* Jod, וְרִבוֹת שְׂפָתַי & contentiones, *ſive* judicia labiorum meorum, Job. 13. v. 6.

רִיבַי Ribbai, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 29.

יָרִיב *m.* Litigator, litigans, contendens: *Item, juxta Vulg.*, nocens, adverſarius, judicans, *ſive* qui judicat; *vide infra* יָרֵב: *Cum affix.* אֶת־יְרִיבֵךְ contendentem tecum, adverſarium tuum, *ſive* qui judicavit te, (judicabo), Iſa. 49. v. 25. *Plur. cum affix.* יְרִיבַי, Pſalm. 35. v. 1., *& in pauſa* יְרִיבָי, Jerem. 18. verſ. 19., contendentes mecum, *ſive* adverſarii mei.

יָרֵב *m.* Continuo litigans, litigioſus, rixoſus: אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב ad regem rixoſum, *& juxta Vulgat.*, ultorem, Hoſe. 5. verſ. 13., לְמֶלֶךְ יָרֵב regi litigioſo, rixoſo, *& juxta Vulg.*, ultori, Hoſe. 10. v. 6.

מְרִיבָה *f.* Contentio, Geneſ. 3. v. 18., contradictio, Geneſ. 13. v. 8., Numer. 20. vv. 13. 24., Deuter. 33. verſ. 8. *Eſt & proprium nomen loci à* contentione *ſic dicti*, Exod. 17. v. 7. *Cum præfix.* כִּמְרִיבָה, Pſalm. 95. v. 8., ſicut contentio, *h. e.* ſicut *ad aquas* contentionis, *ſive* contradictionis; *Vulg. habet*, ſicut in irritatione; *Pagnino eſt nom. propr.*, *reddit enim* ſicut in Meribà: *Conſtr.* בְּמֵי־מְרִיבַת in aquis, *ſive* ad aquas contentionis, contradictionis, Deut. 32. v. 50., בִּמְרִיבַת in contentione, *ſive* contradictione, Numer. 27. v. 14. *Plural.* עַד־מֵי מְרִיבוֹת uſque ad aquas contentionum, contradictionum, Ezech. 47. v. 19.

רוּד *Verbum hoc in varium ſenſum à diverſis accipitur: Cum Buxtorfio multi reddunt*, dominatus eſt, dominium obtinuit, imperavit; *& in Hiph.*, clamavit, ploravit, planxit, doluit, dolore, triſtitia affectus fuit: *Aliis vero cum*

Joo.

Joa. Simone τὸ רור *eſt*, obſtinavit animo, obſtinate perſeveravit, obfirmavit ſe, *& quidem ſpeciatim* precibus: *Unde Arabibus hæc ipſa dictio ſonat*, petivit, rogavit, voluit; *& Æthiop.* perſecutus eſt, *eodem Joa. Simone teſte*: *Alii aliter vertunt. Quæ Interpretum diſcrepantia ex eo eſt repetenda, quod τὸ* רור *cum aliis verbis ejuſdem fere formæ affinitatem habet; & quidam ab una, alii ab altera radice derivant. Præter.* עֹד רָד עִם־אֵל, Hoſe. 12. verſ. 1., adhuc dominabatur cum Deo, *id eſt* de dominatu contendebat, *ita Buxtorfius*: *ſed rectius alii*, dominabatur cum Deo, *id eſt verum Deum colebat, ideoque* imperium retinebat; *nam* ſervire Deo, regnare eſt: *Alii vertunt*, obfirmat ſe, firmus eſt cum Deo, *ſeu* innititur Deo: *LXX. habent*, *νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ Θεὸς* nunc cognovit eos Deus: *Vulg. vero pro* עֹד *legebat* עֵד, *& τὸ* רָד *à* יָרַד *per aphæreſin derivans, vertit* (Judas autem) teſtis deſcendit cum Deo: *Plur.* רַדְנוּ, Jerem. 2. verſ. 31., dominati ſumus, *juxta Buxtorfium*; *Alii vertunt*, obfirmavimus nos, firmiter decrevimus; *LXX. habent*, *οὐ κυριευθησόμεθα* non ſerviemus; *Vulg. reddit*, receſſimus. *Hiph. Futur.* אָרִיד בְּשִׂיחִי, Pſalm. 55. verſ. 3., plango in ſermone, *vel* meditatione mea, *juxta Buxtorfium, Pagninum, & quoſdam alios*; *LXX., & Vulgat. reddunt*, contriſtatus ſum in exercitatione mea: כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ, Geneſ. 27. verſ. 40., quum planxeris, *i. e.*, quum lamentabilem ſervitutem aliquandiu ſuſtinueris, *ſive juxta quoſdam*, quum dominari incipies, ut abrumpas jugum tuum. *hactenus Buxtorfius*: *LXX. verterunt* cum depoſueris, *& Vulgat.* cum excutias, & ſolvas jugum ejus: יֹרֵד בַּבֶּכִי, Iſa. 15. verſ. 3., plorabit in, *ſive* cum fletu, *id eſt maximo, ut exponit Kimchi*; *Aliis autem τὸ* יֹרֵד *eſt participium verbi* יָרַד; *atque vertunt*, deſcendens, *ſive* deſcendit in fletum, *id eſt* converſus in lacrymas, *q. d. profuſiſſime* plorans: *Alia vide in eodem* יָרַד, *& in* רדה: וַתֵּרֶד פְּלָאִים, Thren. 1. v. 9., & planxit cum miraculis, *id eſt* mirabiliter, *ita juxta quoſdam*: *At ab aliis refertur ad* יָרַד; *redditurque*, deſcendit *cum* mirabilibus, *vel* miraculis, *ſive* admirationibus, *id eſt admirabili* deſcenſu, *ſumma* dejectione, *&* depreſſione, *ita ut* mirarentur multi: *LXX. habent*,

habent, & fecit ſe deſcendere; *Vulg.*, depoſita eſt vehementer. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

מורך *Vide ſupra in* יָרַד *pag.* 492., מוֹרָד *vide ibidem inter nomina*, *&* *in* רָדַד *pag.* 1390. *Sed* מָרוּד *vide mox infra*: *Plural.* מֹרְרִים, Neh. 2. v. 19., *&* הַמּוֹרְדִים, Ezech. 2. v. 3., rebellantes, rebelles; *utrumque autem ſpectat ad Particip. verbi* מָרַד: *Conſtruct.* מֹרְדֵי *vide ſupra in eodem verbo* מָרַד *pag.* 669.

מרוד מָרוּד *maſc.* Planctus, ploratus: *Cum affix.* וּמְרוּדִי & ploratus mei, Thren. 3. verſ. 19., *ſed multi diſtionem hanc derivarunt a verbo* יָרַד, *vel* מָרַד. *Nam quidam verterunt* (recordare) & exilii; *alii vero*, & tranſgreſſionis, *vel* prævaricationis, rebellionis meæ: *Plural.* מְרוּדִים תָּבִיא, Iſa. 58. verſ. 7., *Buxtorfius*, *ſub hac radice* רוד, *vertit*, deploratos, *Vulg.*, *&* *alii habent*, vagos induces, *ſive* induc; *vide hoc ipſum ſupra poſt* מָרַד *pag.* 669. *Cum affix.* וּמְרוּדֶיהָ, Thren. 1. v. 7. (recordata eſt), & ploratuum ſuorum, *juxta Buxtorfium*, *multoſque recentiores*; *At alii vertunt* (recordata eſt....), prævaricationum ſuarum, *a radice ſeil.* מָרַד *illud derivantes*.

רוה Ubertim expletus, ſatiatus eſt, *ſpeciatim* potu: *Unde* inebriatus, irrigatus eſt, *ſive* irrigavit ſe: *Et active* inebriavit, imbuit, *ſive* largè perfudit, irrigavit. *Præter.* וְרָוְתָה מִדָּמָם & inebriabitur ſanguine iſtorum, Jerem. 46. verſ. 10. *Futur. plural.* נִרְוֶה inebriemur, ubertim expleamus nos, Prover. 7. v. 18., *cum* Nun *paragog.* יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ uberrime explebuntur, *ſive* inebriabuntur pinguedine domus tuæ, Pſalm. 36. v. 9. *Pih. præter. fæm.* רִוְּתָה inebriatus eſt (gladius), Iſa. 34. v. 5., וְרִוְּתָה & inebriabitur, irrigabitur, Iſa. 34. verſ. 7., וְרִוֵּיתִי & inebriabo, Jerem. 31. v. 14. *Imper.* רַוֵּה irriga, inebria, Pſalm. 65. verſ. 11. *Futur. irregulare cum affix.* אֲרַיָּוֶךְ דִּמְעָתִי, Iſa. 16. v. 9., *ubi* Jod *eſt loco* Vau, *&* Vau *loco tertiæ radicalis* ה, Sægol *autem pro* Tzere *propter accentum in penult.*, irrigabo, *ſive* inebriabo te lacryma mea: *Plur. cum affix.* יְרַוֻּךָ ubertim expleant, *ſive* inebrient te, Prov. 5. v. 19. *Hiph. Præterit.* הִרְוָה אֶת־הָאָרֶץ inebriat, irrigat terram, Iſa. 55. v. 10., *&* *cum affix.* הִרְוַנִי inebriavit me, Thren.

3.

3. v. 15., הִרְוִיתָנִי ubertim explevisti, *ſive* inebriaſti me, Iſa. 43. v. 24., הִרְוֵיתִי inebriavi, ubertim explevi, ſatiavi, Jerem. 31. v. 25. *Particip.* מַרְוֶה irrigans, ubertim communicans, inebrians, Prov. 11. v. 25.

רֵוֵה *Chald. dictio compoſita, quam vide ſupra poſt* רְאָה *in* רֵי *pag.* 1350. *Vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

רָוֶה *maſc.* Irriguus: כְּגַן רָוֶה ſicut hortus irriguus, Iſa. 58. v. 11., Jerem. 31. v. 12. *Fem. cum præfix.* הָרָוָה ebria, Deuter. 29. v. 18.

רְוָיָה *fœm.* Irriguum, inebrians, exuberans: כּוֹסִי רְוָיָה calix meus exuberans, inebrians, Pſalm. 23. v. 5. *Cum præfix.* וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה, Pſalm. 66. v. 12., & eduxiſti nos in irriguam, *ſcil. terram, ut Kimchi in Comm. ſupplet, & ſic quoque Aben Eſra notat, eſſe Adjectivum.*

רִי *m.* Irrigatio: אַף־בְּרִי, Job. 37. v. 11., etiam pro irrigatione, *id eſt*, ut terram irriget. *Aben Eſra dicit, id eſſe longe petitum. Vide tamen ſupra poſt* בָּרָה *pag.* 130.

רוז *Radix Hebræis inuſitata, quæ tamen videtur ſignificaſſe,* latuit, ſubduxit, abſcondit ſe. *Certe Syris in Aphel, cum* א *ſcil. ab initio,* אַרְזֵי, *ſonat*, celavit, conſilia, *ſive* arcani fidem cuſtodivit. *Inde, uti Guarin, Joa. Simon, aliique arbitrantur, eſt, quod ſequitur,*

רָז *maſc. Chald.* ſecretum, arcanum, myſterium, Daniel. 4. v. 6. *Vide* רָזִי *ſub radice* רָזָה: *Emphaticè* רָזָא ſecretum, *&c. ut ſupra*, Dan. 2. vv. 18. 19. 27. 30. 47. *Plural.* גָּלֵה רָזִין, Dan. 2. vv. 28. 47., revelans arcana, *ſive* myſteria; *& emphaticè* וְגָלֵא רָזַיָּא, Dan. 2. v. 29., & qui revelat ſecreta, *ſive* myſteria.

רָוַח Reſpiravit, reſpiratio fuit, *juxta Buxtorfium: At aliis multis latine ſonat*, laxus, ſpatioſus, latus fuit, *vel* factus eſt, dilatatus, relaxatus eſt: *Et impersonaliter* dilatatio, relaxatio, reſpiratio facta eſt, *& ſic cum Dativo conſtruitur. Vide poſt paullo aliam radicem ejuſdem fere formæ, ſcil.* רוּחַ. *Præter.* וְרָוַח לְשָׁאוּל, 1. Sam. 16. v. 23., & reſpiratio, *ſive* relaxatio erat Sauli; *Vulgat. vertit*, & refocillabatur Saul: *Futur.* וְיִרְוַח־לִי, Job. 32. verſ. 20., *Buxtorfius vertit*, ut reſpiratio ſit mihi; *Alii habent*, & dilatatio, relaxatio erit, *ſive* fiet, fiat mihi; *juxta autem*

Vulg.

Vulg. & reſpirabo . *Pyh. partic plur.* וַעֲלִיּוֹת מְרֻוָּחִים , Jerem. 22. v. 14. , & cœnacula perſpirata , ventis pervia , perflatilia , *ita multi cum Buxtorfio* ; *Alii vero cum Vulg. reddunt* , & cœnacula ſpatioſa , *quæ etiam* , *ut notat* , & *probat idem Buxtorfius* , reſpirationi *commoda ſunt* . *Hiph.* הֵרִיחַ , & *quæ inde dimanant* , *vide paullo poſt in radice* רוּחַ .

רֶוַח *maſc.* Reſpiratio , *vel* dilatatio , relaxatio , Eſth. 4. v. 14. , *item* ſpatium , Geneſ. 32. verſ. 16. *Vide* , *quod ſequitur* .

רְוָחָה *f.* Reſpiratio , dilatatio , relaxatio , requies , Exod. 8. verſ. 11. *Cum affix.* לְרַוְחָתִי , Thren. 3. v. 56. , ad reſpirationem , *ſive* dilatationem , relaxationem meam ; *LXX. verterunt εἰς τὴν δέησίν μου* , *id eſt* ad deprecationem meam ; *Vulg.* à ſingultu meo.

רוּחַ Reſpiravit , ſpiravit , & *quidem ſpeciatim* , odorem : *vide infra in nomine* רוּחַ רוּחָה . *Inde* , *uti multis videtur* , *eſt Hiph.* הֵרִיחַ odorem ſpirare fecit , odoratus eſt , olfecit : *Nam* , *ut eſt Robertſon animadverſum* , & odor , *aut* fragrantia ſpiritus , *eſt* ſuſpiratio , *quæ motu* , & *agitatione* venti , *ſeu* aeris *excitatur* : *Et* olfacere *eſt velut* inſpirare , *ſeu* intro ſpirare , *vel* reſpirare odorem : *Item* הֵרִיחַ , *per Synecdochen* , *ſignificat* , ſenſu percepit , ſenſit ; *item metaphorice* conjecit , judicavit , *ut* & *latine* ſubolfecit ; & *de Deo uſurpatum* , *exprimit ejus* benevolentiam , gratiam . *Buxtorfius* , *aliique multi τὸ* הֵרִיחַ *derivant* , *non à* רוּחַ , *ſed à* רֵיחַ , *quam habent tamquam radicem à priori diſcretam* : *Conſtruitur cum Accuſativo* , & *Præpoſit.* ב . *Infin. cum præfix.* לְהָרִיחַ בָּהּ , Exod. 30. v. 38. , ad odorandum in ea , *ſive* , *ut habent LXX.* , ut odoretur in eo , *vel* . *juxta alios* , ut odoretur eam , ut ejus *ſcil.* odore ſe oblectet , *ſive* perfruatur : *Cum affix.* וַהֲרִיחוֹ בְּיִרְאַת יְהוָֹה , Iſa. 11. v. 3. , & odorari ejus in timore Domini , *ſive* & olfactus ejus *erit* in timore Domini , *id eſt* , *ut exponit R. David* , *levi cognitione* , *indicio* , *facilique negotio* ſentiet , *id eſt* agnoſcet *bonos* , & *malos* : *Nam* , *ut notat Ab. Eſra* , ſenſus auditus , *atque* viſus , *quorum ibi ſtatim fit mentio* , *interdum errat* ; *ſed* ſenſus olfactus , *ubi vividus eſt* , *errori eſt*

eſt minus obnoxius. *Alii exiſtimant*, odoratum *hoc in loco uſurpatum ad deſignandum* acre judicium; *ita ut ſenſus ſit, erit præditus acerrimo, & infallibili* judicio, *conjuncto ſemper* cum timore Domini. *LXX. ſunt interpretati*, ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβου θεοῦ, *i. e.*, *ut habent etiam Vulg., Arab., & alii*, & replebit eum ſpiritus timoris Domini: בַּהֲרִיחוֹ אֵשׁ, Jud. 16. v. 9., dum odoratur, *id eſt* dum ſentit illud (*filum*) ignem; *Vulgat. reddit*, cum (*filum*) odorem ignis acceperit: *Futur.* וְלֹא אָרִיחַ בְּרֵיחַ, Lev. 26. verſ. 31., & non odorabor odorem, *id eſt* non gratum habebo, non benevole recipiam odorem: יָרִיחַ מִלְחָמָה, Job. 39. v. 25., odoratur, *id eſt* ſentit, præſentit bellum, *ſive* pugnam: *Et abſque* Jod *in medio*, יָרַח odoretur, 1. Sam. 26. v. 19., וַיָּרַח & odoratus eſt, gratum *ſcil.*, acceptumque habuit, Geneſ. 8. v. 21., *item* ſenſit, Geneſ. 27. v. 27. *Plur. cum* Nun *paragog.*, יְרִיחוּן, Pſalm. 115. verſ. 6., *&* יְרִיחֻן, Deut. 4. verſ. 28., odorantur.

רוּחַ *c.*, *sed fœm. ſæpius*, Spiratio aeris, ventus, *elementaris ſcil.*, *ut* Geneſ. 8. v. 1., Exod. 10. v. 19. *Metonymicè vero eſt* plaga, pars *mundi*, *ſive cœli*, *unde* ventus ſpirat, *ut* Jerem. 49. v. 32., Ezech. 5. v. 12. *Metaphoricè eſt*: I. Res vana, nihili, *ut* Iſa. 26. v. 18., יִהְיוּ לְרוּחַ, Jerem. 5. verſ. 13., erunt, *vel* fuerunt in ventum, *id eſt erunt vani, nullum habebunt effectum*: II. Subſtantia inviſibilis, *&* incorporea, ſpiritus *ſcil. Quod quidem* Spiritus *nomen Hebraice late patet*. *Nam uſurpatur ſæpe*: 1°. *De ipſo* Spiritu Sancto, *tertia Sanctiſſimæ Trinitatis perſona*, *ut* Num. 11. v. 26., *& metonimicè de ejus* effectibus, operationibus, *&* donis: 2°. *De* angelo, *ſive* bono, *ſive* malo: 3°. *De* anima *hominis*; *& metonymicè de illius* vi, fortitudine, inclinatione, affectu, motu, *&* impetu: 4°. *De* anima *bruti*: *Tandem cum nomine* חַיָּה *eſt* anhelitus, *ſeu* flatus *vitalis*. נִשְׁמַת־רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו, Geneſ. 7. v. 22., halitus ſpiritus vitæ, *id eſt* reciprocatio, *aut* emiſſio, *effectus videl.*, *ſignum*, *&c.*, ſpiritus vitæ in naribus ejus; וְרוּחַ אֶחָד לַכֹּל ſpiritus unus omnibus *iſtis eſt*, Eccleſ. 3. verſ. 19., אִישׁ הָרוּחַ vir venti, *i. e.* ventoſus, *ſive*, *juxta*

ta

ta quoſdam, fanaticus, *ab aliis redditur* habens ſpiritum, *vel* ſpiritualis. Hoſe. 9. verſ. 7., רוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק ventus magnus, ac vehemens, 1. Reg. 19. v. 11., וְהָרוּחַ תָּשׁוּב אֶל־הָאֱלֹהִים & ſpiritus revertetur ad Deum, Eccleſ. 12. v. 7 *Cum præfix.* בְּרוּחַ in vento, Exod. 14. v. 21., in ſpiritu, Exod. 15. v. 8., *item* בָּרוּחַ in ſpiritu, 1. Reg. 19. v. 11., כָּרוּחַ quaſi ventus, Job. 30. verſ. 15., Iſa. 64. v. 5., לְרוּחַ הַיּוֹם, Geneſ. 3. v. 8., ad ventum diei; *id eſt ſub veſperam, quando* ventus *ſolet ſe attollere*; *Vulgat. vertit*, ad auram poſt meridiem; לְרוּחַ שֶׁקֶר in ſpiritum mendacii, 2. Paral. 18. v. 21., לָרוּחַ vento, Job. 28. v. 25., שֶׁיַּעֲמֹל לָרוּחַ, Eccl. 5. v. 15., quod laboravit in ventum, *i. e.* inaniter: מֵרוּחַ à vento, Pſalm. 55. verſ. 9., ſpiritu, Job. 4. verſ. 9. *Cum* ה *paragog.* רוּחָה, Jerem. 52. v. 23., in plagam *quamque, juxta Buxtorfium, & alios*; *quidam vero reddunt*, verſus ventum, *quo ſcilicet malogranata agitari poſſent: Hinc aruduti aliqui colligunt*, coronas columnarum, *de quibus fit ibidem mentio, fuiſſe quadratas, ita ut ſingula illarum latera ſingulas* mundi plagas *ſpectarent*; *Cum affix.* רוּחִי ſpiritus meus, Geneſ. 6. verſ. 3., בְּרוּחִי in ſpiritu meo, Zachar. 4. v. 6., רוּחֲךָ, 1. Reg. 21. v. 5., *& in pauſa* רוּחֶךָ, Job. 15. verſ. 13., ſpiritus tuus; מֵרוּחֶךָ à ſpiritu tuo, Pſalm. 139. verſ. 7., רוּחֲכֶם ſpiritus veſter, Iſa. 33. v. 11., בְּרוּחֲכֶם in ſpiritu veſtro, Malach. 2. v. 15., רוּחוֹ ſpiritus ejus, Geneſ. 41. verſ. 8., כָּל־רוּחוֹ, Prov. 29. verſ. 11., totum ſpiritum ſuum, *id eſt quidquid in animo habet, vel arcana ſui omnia profert*; בְּרוּחוֹ ſpiritu ſuo, Job. 26. v. 13., לְרוּחוֹ in ſpiritum ſuum, Prover. 25. verſ. 28., רוּחָם ſpiritus eorum, Jud. 8. v. 3., Pſal. 104. v. 29. *Plur.* אַרְבַּע רוּחוֹת quatuor venti, Jerem. 49. verſ. 36., לְאַרְבַּע רוּחוֹת ad, *ſive* per quatuor ventos, *id eſt* plagas, Ezech. 42. v. 20., 1. Paral. 9. v. 24., *item* ſpiritus, Pſalm. 104. verſ. 4., Prov. 16. v. 2. *Cum præfix.* הָרוּחוֹת ſpiritus, Numer. 16. verſ. 22., 27. verſ. 16., *ſed* לְכָל הָרֻחוֹת הָאֵלֶּה in omnes ventos iſtos, *id eſt* in omnes plagas iſtas, Jerem. 49. verſ. 36.

רוּחַ *Chald.* ventus; *item* ſpiritus: רוּחַ־אֱלָהִין קַדִּישִׁין, Dan. 4. vv. 5.

vv. 5. 6. 15., 5. verſ. 11., ſpiritus Deorum ſanctorum: *Et in ſtatu emphatico* רוּחָא ventus, Dan. 2. v. 35. *Cum affix.* רוּחִי ſpiritus meus, Dan 7. v. 15., וְרוּחֵהּ & ſpiritus ejus, Dan. 5. v. 20. *Plur. conſtr.* אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא quatuor venti cælorum, Dan. 7. v. 2.

רְוָחָה *f. Vide ſupra poſt* רֶוַח *inter nomina pag.* 1403. *Sed* רוּחָה *vide ſupra in nomine* רוּחַ *pag.* 1405.

רֵיחַ *m.* Odor, odoratus, fragrantia, Geneſ. 8. v. 21., 27. verſ. 27., Cant. 2. v. 13. *Cum præfix.* בְּרֵיחַ in odorem, Levit. 26. v. 31., כְּרֵיחַ ſicut odor, Geneſ. 27. v. 27., לְרֵיחַ in odorem, Exod. 29. v. 41., *item* propter odorem, *ſive* fragrantiam, Cant. 1. v. 3., לְהָרִיחַ *vide ſupra in Infin. verbi* רוּחַ; מֵרֵיחַ מַיִם ab odore aquæ, *id eſt, per ſynecdochen*, a ſenſu, & perceptione aquæ, Job. 14. v. 9. *Cum affix.* הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ, Exod. 5. v. 21., feciſtis, ut fœteat odor noſter, *ſive* fœtere feciſtis odorem noſtrum, *i. e., metaphorice*, vilem, & abominabilem reddidiſtis famam noſtram: רֵיחוֹ odor ejus, Cant. 1. v. 12., Jerem. 48. v. 11., הֲרִיחוֹ, & בַּהֲרִיחוֹ *vide ſupra in Infin. verbi* רוּחַ. *Sub hac radice* רֵיחַ *Buxtorfius, & quidam alii locant Duale* רֵחַיִם, *quod tamen vide infra ſub radice* רָחָה.

רוּם Altum, elatum, excelſum eſſe, efferre ſe, efferri, elevari, exaltari, extolli, attollere ſe, *ſive ratione loci, ſive ratione* conditionis, & ſtatus. *Aliud* רוּם *vide infra in Infin., & inter nomina: Vide etiam multa in* רָמַם. *Præter.* וְרָם לְבָבֶךָ & efferat ſe animus tuus, Deuteron. 8. verſ. 14. *Aliud vide inter nomina: Fœm.* יָדֵנוּ רָמָה manus noſtra excelſa eſt, Deut. 32. v. 27. *Cum epenthesi Aleph*, וְרָאֲמָה & exaltata erit, Zach. 14. verſ. 10. *Aliud vide in Partic., inter nomina, & ſub radice* רָמָה: רוּמָה *vide infra in Imper. Plur.* רֹמּוּ excelſi, elati ſunt, Job. 22. v. 12., Pſalm. 131. v. 1. *Partic.* רָם excelſus, Pſal. 113. v. 4., קוֹל רָם voce alta, excelſa, Deuter. 27. verſ. 14., וָרָם מִמֶּנּוּ, Deuter. 1. v. 28., & excelſus præ nobis, *id eſt, juxta Vulg.*, & nobis ſtatura procerior: *Plural.* רָמִים, 2. Sam. 22. v. 28., & הָרָמִים, Deuter. 12. v. 2., & *conſtruct.* רָמֵי, Iſa. 10. v. 33., excelſi: *Fœm.* רָמָה excelſa, Exod. 14. verſ. 8. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: *Et cum*

præfix.

præfix. הָרָמָה ſublimis, excelſus, Ezech. 17. v. 22. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: בְּרָמָה in excelſo, Jerem. 31. v. 15. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: *Plural.* רָמוֹת, Pſal. 18. v. 28., *& cum epentheſi* Aleph, רָאמוֹת, Prov. 24. v. 7., elati, excelſi: *Infin.* וּלְבִלְתִּי רוּם לְבָבוֹ & ut non efferat ſe cor ejus, Deuter. 17. v. 20., *& cum præfix.* כְּרֻם זֻלּוּת, Pſalm. 12. verſ. 9., juxta exaltari, extolli, *id eſt* quum exaltantur vilitates (filiorum hominis), *ut cum Pagnino reddunt multi; At Vulg., ſequutus verſionem LXX., reddit*, ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti (filios hominum); *LXX. legere potuerunt verbaliter* זלות Zallotha, *i. e.* epulas inſtruxiſti, *&* paraſti, *ut notat Genebrardus ſuis in hunc Pſal. commentariis*: לָרוּם ad efferendum ſe, *ſive, juxta Vulg.*, ut exaltarentur, Ezech. 10. verſ. 16., *& cum affix.* וּבְרוֹמָם, Ezech. 10. verſ. 17., & cum elevarentur, *ſive* elevabant ſe: *Imperat. cum* ה *paragog.*, רוּמָה, exaltare, Pſalm. 21. verſ. 14., 57. vv. 6. 12., 108. v. 6. *Futur.* אָרוּם exaltabor, Pſalm. 46. v. 11., יָרוּם exaltabitur, extollet ſe, Pſalm. 13. v. 3., וְיָרוּם, Pſalm. 18. v. 47., *&* וְיָרֻם, 2. Sam. 22. v. 47., (*aliud vide in* רָמַם), & exaltetur, exaltabitur, extollet ſe; *item* וְיָרֹם, Numer. 24. v. 7., & extolletur, & exaltabitur, *ſive* attollet ſe; *Vulg. reddit*, tolletur: *Hinc, ut notat Buxtorfius*, Cholem *in* Kametzchatuph *correpto propter accentum ad penultimam retracto*; וַיָּרָם כְּבוֹד & elevata eſt gloria (Domini), Ezech. 10. verſ. 4., וַיָּרָם לִבָּם, Hoſe. 13. verſ. 6., & extulit ſe cor eorum: תָּרוּם exaltabitur, exaltetur, Pſalm. 89. vv. 14. 18. 25., Prov. 11. v. 11., *item cum* Cholem, תָּרֹם exaltabitur, Mich. 5. v. 8., וַתָּרָם & elevata fuit, Gen. 7. verſ. 17., *Plur.* יָרוּמוּ, Pſalm. 89. v. 17., 140. v. 9., exaltabuntur, exaltentur; *& cum* Jod *in medio, loco* Vau, יָרִימוּ לָמוֹ, Pſalm. 66. v. 7., exaltabunt ſe; *& cum* Nun *paragog.*, יְרֻמוּן exaltabuntur, Iſa. 49. verſ. 11. *Pih.* רוֹמֵם exaltare, efferre, tollere, extollere. *Præter. fœm.* רוֹמֵמָה *vide infra inter nomina: Cum affix.* רֹמְמָתְהוּ exaltavit illum, Ezech. 31. v. 4., רוֹמַמְתִּי, Iſa. 1. v. 2., 23. v. 4., exaltavi, *ſive* proceros feci, *id eſt* enutrivi; *Plural.* רוֹמְמוּ *vide infra in Imperativo: Particip.* מְרוֹמֵם exaltans, extollens,

lens, 1. Sam. 2. v. 7., *& cum affix.* מְרוֹמְמִי qui exaltas me, Pſalm. 9. v. 14. *Infin.* לְרוֹמֵם ad extollendum, exaltandum, *ſive* ut ſublimaret, Eſdr. 9. v. 9. *Imper. plural.* רוֹמְמוּ exaltate, Pſalm. 99. vv. 5. 9. *Futur. cum affix.* אֲרוֹמִמְךָ, Pſalm. 30. verſ. 2., *& in pauſa* אֲרוֹמְמֶךָּ, Pſalm. 118 v. 28., exaltabo te; *& cum* Nun *epenthet.*, וַאֲרֹמְמֶנְהוּ & exaltabo, extollam eum, Exod. 15. v. 2., תְּרוֹמֵם exaltabis, Job. 17. verſ. 4., *& cum affix.* תְּרוֹמְמֵנִי exaltabis me, Pſalm. 18. v. 49., יְרוֹמֵם, Hoſe. 11. v. 7., extollit, exaltat, *vel potius, ut notat Joa Simon, intranſitive*, extollit ſe, erigit ſe, *ſcil.* אֶל־עַל ſurſum, *quod ibidem præcedit; aliter tamen vertit Vulgat., nam pro* עַל *legit* עֹל jugum, *vide Interpretes: Cum affix.* יְרוֹמְמֵנִי exaltavit me, Pſalm. 27. verſ. 5., וִירוֹמִמְךָ & exaltavit te, Pſalm. 37. verſ. 34., תְּרוֹמֵם, *ſive, juxta Maſſor.*, תְּרֹמֵם elevat, Proverb. 14. v. 34., וַתְּרוֹמֵם & exaltat, Pſalm. 107. v. 25., *& cum affix. in pauſa* וּתְרוֹמְמֶךָּ & exaltabit te, Prover. 4. verſ. 8. *Plur. cum* ה *paragog.* וּנְרוֹמְמָה & exaltemus, Pſal. 34. v. 4. וִירוֹמְמוּהוּ & exaltent eum, Pſalm. 107. v. 32. *Pyh.* רוֹמַם elevatus, exaltatus eſt: *Præt. in pauſa* וְרוֹמָם, Pſalm. 66. verſ. 17., & exaltatus, *ſive, juxta quoſdam*, prædicatus eſt; *R. Salomon nominaliter exponit*, & elatio, laus elata, *idem quod* רוֹמְמוֹת; *LXX. verterunt* ὕψωσα, *id eſt* & exaltavi; *legebant in Pihel* וְרוֹמַמְתִּי: *Particip.* וּמְרוֹמָם & exaltatum, Nehem. 9. v. 5. *Futur.* תְּרוּמָה, *&* תְּרוּמִיָּה *vide infra inter nomina ſuis diſtinctis locis: Plural.* תְּרוֹמַמְנָה exaltantur, exaltabuntur, Pſalm. 75. v. 11. *Hiph.* הֵרִים *ſignificat*: I. Elevavit, exaltavit, extulit, erexit: II. *Separando de toto*, abſtulit, ſuſtulit, *ſicut etiam Latine* tollere *eſt &* auferre, *&* efferre: III. Obtulit; oblatio *enim* in altum elevatur, *ſive alicui* ſeparatur: *Sed* הֵרִים *vide infra in nomine* רֵים; *Aliud vide ſupra poſt* הָרָר *pag.* 242. *Præterit.* הֵרִים יָד בַּמֶּלֶךְ ſuſtulit, levavit manum, *id eſt* inſurrexit, rebellavit contra regem, 1. Reg. 11. v. 27., וְהֵרִים אֶת־הַדֶּשֶׁן & tollet cinerem, Levit. 6. v. 10., הֲרִימוֹתָ, 2. Reg. 19. verſ. 22., Pſalm. 89. v. 43., *& cum* ה *paragog.* הֲרִימוֹתָה, Iſa. 37. verſ. 23., extuliſti, exaltaſti; וַהֲרֵמֹתָ, Numer. 31. v. 28., & tolles, *juxta multos*; *LXX. autem* verte-

verterunt, *καὶ ἀφελεῖτε* & demetis; *Vulg.*, *& alii habent*, & ſeparabis: הֲרִימוֹתִי, Pſalm. 89. v. 15., *& abſque* Vau, הֲרִמֹתִי, *&* הֲרִמֹתִי, Geneſ. 14. v. 22., 39. v. 15., extuli, exaltavi, levo, levavi; *& cum affix.* הֲרִימֹתִיךָ, *& abſque* Jod *in medio*, הֲרִמֹתִיךָ, 1. Reg. 14. verſ. 7., 16. verſ. 2., extuli, exaltavi te: *Plur.* אֲשֶׁר הֵרִימוּ quod obtulerunt, Num. 31. v. 52., *& ita* 2. Paral. 30. v. 24., 35. vv. 8. 9., *& cum* ה *relativo*, הַהֵרִימוּ quam, *ſive* quæ obtulerunt, obtulerant, Eſdr. 8. v. 25., וַהֲרֵמֹתֶם & offeretis, Numer. 18. v. 25. *Particip.* מֵרִים offerens, Exod. 35. v. 24., *item* extollens, exaltans, Pſalm. 3. v. 4., Prover. 3. v. 35., 14. v. 29. *Plur. conſtr.* כִּמְרִימֵי ſicut, quaſi levantes, exaltantes, Hoſe. 11. v. 4., *& cum affix.* מְרִימָיו attollentes, elevantes eum, Iſa. 10. v. 15. *Infinit.* וְלֹא מִמִּדְבַּר הָרִים, Pſalm. 75. v. 7., neque à deſerto, *ſive* ob, *vel* per deſertum *poteritis* exaltare, *cornu ſcilicet*, *id eſt* jugum excutere, *ſive* evadere, ſubtrahere vos, *ita multi vertunt*; *Pagninus quoque habet*, neque ab Aquilone *venit* exaltatio: *Sed LXX.*, *Sym. Vulg.*, *aliiſque τὸ* הָרִים *eſt plur. nominis* הָר mons; *atque reddunt*, neque à deſertis montibus, *ſive*, *juxta Sym.*, à deſerto montium, *id eſt* à deſerto montoſo, *quod erat ad meridiem terræ Iſrael*: *Cum præfix.* כְּהָרִים מַטֶּה לֹא־עֵץ, Iſa. 10. v. 15., juxta exaltare, *ſive* quaſi exaltaret, attolleret ſe baculus, *ac* non lignum *eſſet*; *Vulg. vertit*, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt; *Alii aliter interpretantur*: לְהָרִים extollendo, ad extollendum, 1. Paralip. 15. v. 16. *Cum affix.* כַּהֲרִימִי quum elevarem ego (vocem), Gen. 49. v. 18., בַּהֲרִימְכֶם in offerendo vos, *ſive* quum obtuleretis, Numer. 18. v. 30., *item* in tollendo vos, *id eſt*, *ut multi exponunt* (vobis ...), reſervantes, Numer. 18. v. 32. *Imper.* הָרֵם attolle, eleva, Exod. 14. v. 16., exalta, Iſa. 58. v. 1., *item* הָרֵם, 2. Reg. 6. v. 7., הָרִים, Ezech. 21. v. 31., tolle; *& cum* ה *paragog.*, הָרִימָה leva, Pſalm. 74. v. 3., *& fœm.* הָרִימִי, Iſa. 40. v. 9., exalta: *Plur.* הָרִימוּ exaltate, Iſa. 13. v. 2., *item* tollite auferte, Iſa. 57. v. 14., elevate, Iſa. 62. v. 10. *Futur.* אָרִים exaltabo, elevabo, Iſa. 14. v. 13., 49. v. 22., הֶתָרִים num attolles, elevabis?

bis? Job. 38. verſ. 34., וַתָּרֶם & exaltabis, Pſalm. 92. verſ. 11., יָרִים attollet, elevabit, elevabat, Geneſ. 41. verſ. 44., Exod. 17. verſ. 11., tollet, auferet, Levit. 4. vv. 8. 19., וְיָרֵם ut tollat, Num. 17. v. 2., & exaltabit, 1. Sam. 2. verſ. 10., וַיָּרֶם & elevavit, Exod. 7. verſ. 20., & tulit, levavit, 2. Reg. 2. v. 13., & exaltavit, Pſalm. 148. v. 14., *& cum affix.* וַיְרִימֶהָ & elevavit, erexit eum, Geneſ. 31. v. 45. *Plur.* תָּרִימוּ offeretis, ſeparabitis, Numer. 15. vv. 19. 20., 18. vv. 28. 29., Ezech. 45. v. 1., 48. vv. 8. 9. 20., exaltabitis, extolletis, Pſalm. 75. vv. 5. 6., tolletis, Ezech. 45. v. 13., יָרִימוּ offerent, Levit. 22. v. 15. *Hoph. præter. in pauſa* וַאֲשֶׁר הוּרָם, Exod. 29. v. 27., quod elevatur, *ſive* elevatum, ſublatum eſt; *Vulg. vertit*, ſeparaſti: *Et cum* Jod *redundante*, וּמִמֶּנּוּ הֻרַים הַתָּמִיד, Dan. 8. v. 11., & ab eo ablatum eſt juge; *Vulgat. legit* הֵרִים, *ſicut & Maſſor.*, *vertit enim*, & ab eo tulit juge ſacrificium: *Futur.* כַּאֲשֶׁר יוּרָם ſicut aufertur, Levit. 4. v. 10. *Hitph. Futur.* אֵרוֹמָם, *pro* אֶתְרוֹמֵם, Iſa. 33. v. 10., exaltabo me, *ſive* exaltabor: וְיִתְרוֹמֵם, Dan. 11. v. 36., & extollet ſe.

רוּם *Chald.* Elevatus, exaltatus eſt, elatus factus eſt. *Partic. Pehil* וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ, Dan. 5. v. 20., quum autem elatus eſſet animus ejus; *ſive, juxta Vulg.*, *alioſque*, quando autem elevatum eſt cor ejus. *Pahel partic.* וּמְרוֹמֵם, Dan. 4. v. 34., & extollens, magnificans. *Aphel partic.* הֲוָה מָרִים, Dan. 5. verſ. 19., erat extollens, exaltans. *Hithpahal partic. ad formam Hebr.*, הִתְרוֹמַמְתָּ, Daniel. 5. verſ. 23., extuliſti te, *ſive* elevatus es.

רוּם *m.* Altitudo, elatio, exaltatio, Prover. 21. v. 4., Iſa. 2. vv. 11. 17., 10. v. 12., *&* רָם altitudo, Jerem. 48. verſ. 29. *Cum præfix.* לָרוּם in altitudinem, *ſive, juxta Vulg.*, ſurſum, Prover. 25. v. 3. *Vide ſupra & in Infinit. verbi in Kal.*, הָרוּם *vide pag.* 240. *Sed* רוּמָה *vide ibidem in Imperat. Cum affix.* רוּמֵהּ, *Chald.*, altitudo ejus, Dan. 3. v. 1., 4. v. 17., Eſdr. 6. v. 3.

רוֹם *maſc.* Altitudo, altum: רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא, Habac. 3. v. 10., in altum, *ſive* altitudo manus ſuas levavit: מָרוֹם *vide infra paullo poſt ſuo proprio loco*: *Et fœm.* רוֹמָה exaltatio,

tio, elatio: וְלֹא תֵלְכוּ רוֹמָה, Mich. 2. v. 3., non ambulabitis (cum) elatione, *id eſt* elate: *Chaldæus vertit*, בְּקוֹמָה זְקוּפָה ſtatura erecta.

רים *m.* Exaltatio, *juxta quoſdam*; *unde eum præfix.* הָרִים, *ſed hoc*, *& alia ejuſdem formæ cum affixis vide ſupra in ipſo verbo* רום, *præcipue in Infin. Conjugationis Hiph.*

רֵים, *& plur.* רֵמִים *Vide ſupra in* רְאֵם *pag.* 1353. *Vide etiam & in verbo ipſo* רום.

רם *Chald. vide ſupra in verbo* רום *item Chald.*

רחק Procul, longe, longinquum eſſe, fieri, elongari, elongare ſe, abeſſe, exiſtere, *vel* diſtare longe, *vel* in longinquum abire, abſcedere, recedere, *vel* proficiſci. *Frequenter cum Præpoſitione* מִן *conſtruitur. Præterit.* רָחַק מִשְׁפָּט מִמֶּנּוּ procul receſſit jus, judicium a nobis, Iſa. 59. verſ. 9. *Fœm.* רָחֲקָה מֶנִּי longe abeſt, *& juxta Vulg.*, longe ſit a me, Job. 21. v. 16., elongata eſt, Iſa. 59. v. 11. *Plural.* רָחֲקוּ, Job. 30. v. 10., *& in pauſa* רָחָקוּ, Pſalm. 119. v. 150., elongant ſe, longe recedunt, receſſerunt: *Infinit.* כִּרְחֹק, Pſalm. 103. v. 12., ſecundum diſtare, *ſive* quantum diſtat; וְעֵת לִרְחֹק & tempus longe recedendi, Eccleſ. 3. v. 5., *& cum* ה *paragog.*, לְרָחֳקָה ad longe recedendum, Ezech. 8. v. 6. *Imper. fœm.* רַחֲקִי procul eſto,

longe

longe recede, Iſa. 54. v. 14. *Plural.* רַחֲקוּ longe, procul abeſte, longe recedite, Ezech. 11. verſ. 15. *Futur.* אַל־תִּרְחַק, Pſalm. 22. v. 12., ne longe abſis, ne diſceſſeris; *& in pauſa* אַל־תִּרְחָק ne elongas, elongaveris, Pſalm. 22. verſ. 20., יִרְחַק מֵהֶם procul erit ab eis, Prov. 22. v. 5., *fœm. in pauſa*, לֹא תִרְחָק non elongabitur, non procul erit, Iſa. 46. v. 13., וַתִּרְחַק מִמֶּנּוּ & elongavit ſe, elongabitur ab eo, Pſalm. 109. v. 17. *Plur.* יִרְחֲקוּ procul aberunt, Job. 5. v. 4. *Niph. Futur.* יֵרָחֵק procul amoveatur, Eccleſ. 12. v. 6., *ita Buxtorfius hoc in loco; ſed hoc ipſum vide expoſitum in* רתק. *Pih. Præter.* וְלִבּוֹ רִחֵק & cor ſuum procul amovet, *ſive* longe eſt (a me), Iſa. 29. v. 13., וְרִחַק & procul amovebit, *ſive* longe faciet, Iſa. 6. v. 12., רִחַקְתָּ procul amoviſti, elongaſti, Iſa. 26. verſ 15. *Futur. plur.* יְרַחֲקוּ אֶת־זְנוּתָם longe amovebunt ſcortationem ſuam, Ezech. 43. v. 9 *Hiph.* אַחַי מֵעָלַי הִרְחִיק fratres meos procul a me abegit, elongavit, longe removit, Job. 19. verſ. 13., הִרְחַקְתִּי; *inde cum affix.* הִרְחַקְתִּים procul abegi, longe feci eos, Ezech. 11. verſ. 16. *Plur.* הִרְחִיקוּ longe diſceſſerant, Geneſ. 44. verſ. 4., Jud. 18. v. 22. *Infinit.* הַרְחֵק procul, longe diſcedendo, abſcedendo, Geneſ. 21. verſ 16., Exod. 8. v. 24., Joſ. 3. v. 16., *& cum affix.* לְמַעַן הַרְחִיקְכֶם propter longe removere, abigere, eos, *ſive* ut longe faceretis eos, Joel. 4. v. 6. *Imper* הַרְחֵק, Prov. 4. v. 24., 5. v. 8., 30. v. 8., *& in pauſa* הַרְחָק, Job. 13. verſ. 21., longe, procul remove, longe fac; *& cum affix.* הַרְחִיקֵהוּ procul remove eam (*iniquitatem*), Job. 11. verſ. 14. *Futur.* אַרְחִיק נְדֹד, Pſalm. 55. v. 8., elongarem vagari, *id eſt* quam longiſſimè evagarer, & fugerem, *juxta Buxtorfium*; *Pagninus habet*, elongarem fugam; *LXX.*, *& Vulgat. vertunt*, elongavi fugiens; *item* procul faciam, Joel. 2. v. 20., תַּרְחִיק procul amovebis, *ſive* removeas, Job. 22. v. 23., *& cum affix.* יַרְחִיקֶנָּה procul amovebit, *ſive* fugabit eam, Prov. 22. v. 15. *Plur.* תַּרְחִיקוּ longe diſcedatis, *ſive* procul abeatis, Exod. 8 v. 24., Joſ. 8. v. 4.

רָחֵק *maſc.* elongans ſe, longe recedens. *Inde plur. cum affix.* רְחֵקֶיךָ, Pſalm. 73. v. 27., elongantes ſe à te, *& juxta Buxtorfium*, longinqui tui, *vel* à te.

רָחוֹק *m.* Longinquus, longinquum, longe remotus, *ſive ratione* loci, *ſive ratione* temporis: *Et adverbialiter*, longè, procùl, eminus, è longinquo: אַךְ רָחוֹק יִהְיֶה בֵּינֵיכֶם וּבֵינָו, Joſ. 3. verſ. 4., tantum longinquum, *ſcil.* intervallum, *ſive* ſpatium, erit inter vos, & inter illam, *ſcil.* *arcam*: רָחוֹק מִישׁוּעָתִי longè à ſalute mea, Pſalm. 22. v. 2., רָחוֹק יְהוָה מֵרְשָׁעִים longinquus *eſt* Dominus ab improbis, Proverb. 15. v. 29., *ſcribitur & abſque* Vau, *ſcil.* רָחֹק procul, *ut* Prover. 31. v. 10. *Cum præfix.* הָרָחוֹק longinquus, *ſive* qui longe eſt, Ezech. 6. v. 12., בְּרָחוֹק in longinquo, Pſalm. 10. v. 1., לְרָחוֹק longinquo, *ſive* longe remoto, Iſa. 57. verſ. 19., מֵרָחוֹק, & מֵרָחֹק, Geneſ. 22. verſ. 4., 2. Reg. 2. verſ. 7., *&c.*, à longinquo; לְמֵרָחוֹק inde à longinquo, *ſive* in longinquum, 2. Samuel. 7. v. 19., *Plur.* רְחוֹקִים, Joſ. 9. v. 22., *&* רְחֹקִים, Pſal. 56. verſ. 1., *&* הָרְחוֹקִים, Iſa. 46. verſ. 12., *item* הָרְחֹקִים, Deuter. 13. v. 8., longinqui, longè remoti.

רְחוֹקָה *f.* Longinqua, longe remota, Deuter. 29. v. 21., *&* רְחֹקָה *idem*, Numer. 9. v. 10. *Plur.* וּלְעִתִּים רְחוֹקוֹת, Ezech. 12. v. 27., & in tempora longinqua, *ſive* longa; *&* וְהָרְחֹקוֹת, Ezech. 22. v. 5., & longinqua, *ſive* quæ procul ſunt.

רַחִיק *m. Chald.* longe remotus: *Inde plur.* רַחִיקִין הֲווֹ מִן־תַּמָּה, Eſdr. 6. v. 6., procul remoti eſtote inde; *Vulg. reddit*, procul recedite ab illis.

מֶרְחָק *m.* Longinquitas, remotio, *juxta Buxtorfium, & quoſdam alios: Verum Vulg., multiſque aliis eſt*, longinquus, diſſitus: מֵאֶרֶץ מֶרְחָק, Prov. 25. v. 25., de terra longinqua: בֵּית הַמֶּרְחָק, 2. Sam. 15. v. 17., *ubi, juxta quoſdam, in dictione* בֵּית *deficit præpoſitio* ב, *unde Buxtorfius, & alii vertunt*, in domo remotionis, *id eſt* in loco quodam remoto; *Vulgat. habet*, procul à domo: מֵאֶרֶץ הַמֶּרְחָק è terra longinquitatis, *i. e.*, longinqua, Jerem. 4. v. 16., מִמֶּרְחָק è longinquitate, loco longinquo veniet, תָּבוֹא Iſa. 10. v. 3. *Plur.* מֵאֶרֶץ מֶרְחַקִּים è terra longinquitatum, *id eſt*, remotiſſima, Jerem. 8. verſ. 19. *Conſtruct.* מֶרְחַקֵּי־אָרֶץ longinquitates, *i. e.* loca longinqua, remota terræ, Iſa. 8. verſ. 9.

רחש Ebullivit, excogitavit : *Præter.* רָחַשׁ לִבִּי דָּבָר טוֹב ebullit cor meum rem bonam, *& juxta Vulg., alioſque*, eructavit cor meum verbum bonum, Pſal. 45. v. 2.

מַרְחֶשֶׁת *f.* Ahenum, cacabus, *vas ſcil., in quo aliquid* ebullitur, Lev. 2. v. 7., *&* 7. v. 9., *quibus in locis à Vulg. redditur* craticula.

* רַחַת *Vide ſupra in* רחה *pag.* 1426.

רטב Madere, humidum eſſe. *Futur. plural.* מִזֶּרֶם הָרִים יִרְטָבוּ ab inundatione montium madent, Job. 24. v. 8., *ubi Vulg. habet*, quos imbres montium rigant.

רָטֹב *m.* Succoſus, humidus, humectus, madidus, humorem habens, cui humor ineſt, Job. 8. v. 16.

* רָטָה, *Unde poſſit eſſe* יִרְטֵנִי, *vide in* ירט *pag.* 496.

רטט *Radix Hebræis inuſit. Eſt autem Chaldæis*, tremuit, horruit. *Inde nomen Hebr.* רֶטֶט *maſc.* tremor, horror : וְרֶטֶט הֶחֱזִיקָה, Jerem. 49. verſ. 24., & tremorem membrorum comprehendit : *Sed LXX, Vulg., & alii legerunt* הֶחֱזִיק, *&* ה *in fine pro affixo pronomine habuerunt; hinc ſunt interpretati*, & tremor apprehendit eam.

רטפש *Verbum pluriliterum ad formam Conjugationis Pyh. compoſitum : Unde Præter.* רֻטֲפַשׁ בְּשָׂרוֹ, Job. 33. v. 25., recreatur caro ejus : *Jonathan Chaldæus vertit*, אִתְקְלִישׁ attenuatur, *& ſic Kimchi, & Ab. Eſra : R. Levi reddit*, humidior, recentior eſt. *R. Salomon notat, eſſe compoſitum ex* רָטֹב, *de quo paullo ante, &* פָּשׁ creſcens, augeſcens, *hactenus Buxtorfius : Ioa. Simon cum quibuſdam aliis arbitratur*, το רֻטֲפַשׁ *compoſitum ex* רטב ſucculentus fuit, *& ex* טפש pinguis fuit : *Unde, idem concludit*, רֻטֲפַשׁ ſucculentus, & pinguis factus eſt : *Vulg. reddit*, conſumta eſt caro ejus.

רטש Alliſit, colliſit, *ſolo ſcil., vel parieti. Pih. Futur.* וְעֹלְלֵיהֶם תְּרַטֵּשׁ & parvulos illorum allides. 2 Reg. 8. v. 12., תְּרַטַּשְׁנָה allident, Iſa. 13 v. 18. *Pyh. Præter.* אֵם עַל־בָּנִים רֻטָּשָׁה mater cum filiis collidetur, Hoſe. 10. verſ. 14. *Futur. plur.* וְעֹלְלֵיהֶם יְרֻטְּשׁוּ, Iſa. 13. v. 16., & parvuli, *ſive* infantes eorum allidentur : *Item in pauſa* עֹלְלֵיהֶם יְרֻטָּשׁוּ parvuli eorum allidentur, *ſive* elidantur, Hoſe. 14. v. 1.

רִיב *Vide ſupra in rad.* רוב *pag.* 1397., *& inter nomina, quæ ſequuntur pag.* 1398.

רֵיחַ *m.* Odor, odoratus, fragantia: *Inde quidam cum Buxtorfio derivant Hiph.* הֵרִיחַ odoratus eſt, olfecit, *&c.*, *ſed hæc ipſa vide ſupra in* רוּחַ *pag.* 1403., *&* 1406.

רֵחַיִם *m. d.* Molæ; *ſed hæc vide ſupra poſt* רָחָה *pag.* 1426.

רִיעַ *Radix Hebræis inuſitata: Inde Hiph.* הֵרִיעַ clangere, *fracto ſono propriè; nam aliter etiam* clangebant *ſono fixo, & æquali*, Numer. 10. v. 7. *Unde deinceps generalius ſumitur pro* vociferari, jubilare, *ita Buxtorfius, aliique. Sunt tamen, qui τὸ* הֵרִיעַ *ad* רוּעַ *referunt, at ſola diverſa literæ* ע *pronunciatione illud a* רוּעַ, malum eſſe, *differat. Præter. plur.* הֵרִיעוּ לִקְרָאתוֹ vociferabantur, *ſive* vociferati ſunt in occurſum ejus, Jud. 15. verſ. 14., הֵרִיעוּ תְרוּעָה גְדוֹלָה vociferati ſunt vociferatione, *ſive* jubilarunt jubilatione magna, Eſdr. 3. v. 11., וְהֵרֵעוּ & vociferati ſunt, *ſive* erant, 1. Sam. 17. verſ. 20., וַהֲרֵעֹתֶם & clangetis, Numer. 10. verſ. 9., וַהֲרִיעֹתֶם & vociferabimini, Joſ. 6. v. 10. *Partic. plur.* מְרִיעִים vociferantes, Eſdr. 3. v. 13. *Infin. cum præfix.* בְּהָרִיעַ in vociferando, *ſive* quum vociferaretur, 2. Paral. 13. v. 15., לְהָרִיעַ ad clangendum, 2. Paral. 13. v. 12., *& cum affix.* ה *Arabico, loco τοῦ* ו *Hebr., abjectoque* ה *characteriſtico*, בְּרֵעֹה, Exod. 32. v. 17., quum vociferaretur ipſe, *populus ſcilicet: Imperat. fœmin.* הָרִיעִי vociferare, jubila, Zach. 9. v. 9. *Plural.* הָרִיעוּ vociferamini, clangite, jubilate, Joſ. 6. vv. 10. 16., Pſal. 47. v. 2., *&c. Futur. fœm.* תָּרִיעִי רֵעַ, Mich. 4. verſ. 9., vociferaris vociferatione, *id eſt* indeſinenter vociferaris; *quibuſdam τὸ* רֵעַ *hoc in loco eſt Infin. defectivum, atque reddunt* vociferando; *Vulgat. vertit*, mœrore contraheris, *dictionem propterea hanc à* רוּעַ, *vel* יָרַע *derivaſſe videtur:* יָרִיעַ clanget, vociferabitur, jubilabit, Pſalm. 41. v. 12., Iſa. 42. v. 13., וַיָּרַע, & vociferatus eſt, Job. 5. v. 20. *Plural.* נָרִיעַ, Pſal. 95. v. 2., *& cum* ה *paragog.* נָרִיעָה, Pſalm. 95. v. 1., clangamus, jubilemus; תָּרִיעוּ, Numer. 10. v. 7., vociferabimini, *& juxta Vulgat.* (non) conciſe ululabunt; יָרִיעוּ vociferabuntur, Joſ. 6. v. 5., וַיָּרִיעוּ, Joſ. 6. v. 20., *&* וַיָּרִעוּ, 1. Sam. 4. v. 5., & vociferati ſunt.

ſunt. *Pyh. Futur.* יְרֹעָע, Iſa. 16. v. 10., *redditur a Buxtorfio*, vociferatio agitabitur; *ab aliis* jubilabitur, vociferatio fiet. *Hitbp. Imper. fœm. in pauſa* עָלַי פְּלֶשֶׁת הִתְרוֹעָעִי, Pſal. 60. verſ. 10., ſuper me Peleſceth, *id eſt* Palæſtina clangentem age, *juxta Buxtorfium*; *ſed R. Sal. exponit*, mihi conjungere, *ſeu* conjunge, *ſcil.* dominio meo; *Alii vero reddunt*, conclama, jubila; *LXX.*, *&* *Vulg. ſunt interpretati*, mihi alienigenæ, *id eſt* Palæſtini ſubditi ſunt; *Legerunt* הִתְרוֹעָעִי, *& ejuſdem ſenſum a radice* רָעָה *derivaſſe videntur; quam quidem verſionem illuſtrat, atque vindicat Genebrardus*: *Futur.* עָלֵי פְּלֶשֶׁת אֶתְרוֹעָע, Pſalm. 108. v. 10., ſuper Peleſceth, *id eſt* Palæſtinam, conclamabo, jubilabo; *LXX.*, *& Vulg. habent*, mihi alienigenæ amici facti ſunt; *ubi immutatur quidem locutio, ſed retinetur ſententia, ut mox ſupra in Imper. dictum eſt*: *Plur.* יִתְרוֹעֲעוּ clangunt, clamabunt, *ſive* jubilabunt, Pſalm. 65. v. 14. *Vide alia in* רעה, *&* רעע.

רֵעַ *m.* Vociferatio, *ita, juxta quoſdam*, Mich. 4. v. 9., *ſed hoc idem vide ſupra in Futur. verbi* רִיעַ: *Cum affix.* בְּרֵעֹה, Exod. 32. verſ. 17., *ubi* ה *eſt loco* Vau, in vociferatione ſua, *juxta Buxtorfium, alloſque*; *At multis eſt Infin. verbi* רִיעַ, *ut jam ſupra expoſitum eſt*: יַגִּיד עָלָיו רֵעוֹ, Job. 36. v. 33., *locus iſte difficillimus, ut eſt ab Interpretibus apud Polum animadverſum; hinc variæ de illo ſententiæ*: *Quidam reddunt*, annuntiabit eam, *nempe pluviam, ſive nubem, vel lucem, ſerenitatem*, vociferatio ejus, *id eſt* tonitrus ejus; *Alii habent*, annuntiat de eo, *lumine ſcilicet, vel* Deo, amico ſuo; *unde iſti τὸ* רֵעוֹ *derivant a* רָעָה.

תְּרוּעָה *fœm.* Clangor, fractus ſonus, Numer. 10. vv. 5. 6., *item* vociferatio, Joſ. 6. vv. 5. 20., 1. Sam. 4. v. 5., *item* jubilatio, Job. 8. verſ. 21., Pſalm. 150. v. 5. *Cum præfix.* הַתְּרוּעָה clangor, Numer. 31. verſ. 6., בִּתְרוּעָה in clangore, 2. Sam. 6. v. 15., in vociferatione, Pſalm. 33. verſ. 3., in jubilatione, in jubilo, Pſalm. 47. v. 6. *Conſtruct.* תְּרוּעַת clangor, vociferatio, clamor, Numer. 23. verſ. 21., Eſdr. 3. v. 13., Jerem. 4. v. 19., 49. v. 2.

רִיפַת Riphath, *nom. propr. viri*, Geneſ. 10. v. 3.

רִיפוֹת *Vide ſub radice* רוף *pag.* 1418.

ריק Vacuum eſſe. *Inde Hiph* הֵרִיק evacuavit, exhauſit, effudit, deplevit, protulit, exſeruit: *Et cum ad* gladium *refertur*, evaginavit, evaginare fecit, ſtrinxit. *Præterit.* וַהֲרִיקֹתִי אַחֲרֵיכֶם חָרֶב, Levit. 26. v. 33., & ſtringam. *ſive* evaginabo poſt vos gladium; וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה, Malach. 3. v. 10., proferam, *ſive* effundam vobis benedictionem: *Plur.* וְהֵרִיקוּ חַרְבוֹתָם exerent, *ſive* nudabunt, evaginabunt gladios ſuos, Ezech. 28. v. 7., 30. v. 11. *Partic. plur.* מְרִיקִים שַׂקֵּיהֶם evacuantes ſaccos ſuos, Geneſ. 42. v. 35., הַמְרִיקִים מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב, Zach. 4. verſ. 12., quæ effundunt deſuper ſe, *vel* è ſupernis ſuis aurum, *id eſt, ut quidam exponunt*, aureum *liquorem, vel oleum coloris* aurei; aurum *enim dicitur quidquid purum eſt in genere ſuo; Vulg. vertit*, in quibus ſunt ſuffoſoria ex auro. *Infin. cum præfix.* לְהָרִיק evacuando, ad evacuandam, *ſive, ut habet Vulg.*, & vacuam faciat (animam), Iſa. 32. v. 6. *Imper.* הָרֵק חֲנִית exſere haſtam, Pſalm. 35. v. 3. *Futur.* אָרִיק evaginabo, nudabo, ſtringam, Exod. 15. verſ. 9., Ezech. 5. v. 2., *ſed cum affix.* אֲרִיקֵם, Pſalm. 18. v. 43., attenuabo, *ſive, juxta Vulg.*, delebo eos, *ſignificatione petita a* רקק; *Buxtorfius reddit*, evacuabo eos: יָרִיק חֶרְמוֹ, Habac. 1. v. 17., evacuabit, *ſive* evacuat ſagenam ſuam; *Alii reddunt*, expandit, jacit ſagenam ſuam; *nam cum piſcator* rete jacit, *manum ſuam* evacuat: *Sed* וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו, Geneſ. 14. v. 14., & fecit, ut evaginarent *gladios* inſtructi ſui; *id eſt*, armavit, armatos reddidit, ad evaginationem exercuit inſtructos ſuos, *ſcil.* ſervos domeſticos, *ita Buxtorfius*; *Alii vero reddunt*, et eduxit, expromſit, *ſcil. domo*, initiatos ſuos, *id eſt* primis artis bellicæ præceptis inſtructos; *Vulgat. habet*, numeravit expeditos vernaculos ſuos. *Plural.* יָרִיקוּ effundent, Eccleſ. 11. v. 3., exhaurient, Jerem. 48. v. 12. *Hoph. Præter.* וְלֹא הוּרַק neque evacuatus, transfuſus eſt, Jerem. 48. v. 11. *Futur.* תּוּרַק שְׁמֶךָ diffunditur nomen tuum, Cantic. 1. v. 3.

רִיק *m.* Vacuitas, vacuum, Jerem. 51. v. 3., *& metaphoric.* inanitas, inane, vanitas, Pſal. 2. v. 1., Iſa. 30. v. 7., *& adverbialiter* inaniter, vane, fruſtra, *ſive cum Præpoſitione* ל, *ut* וּזְרַעְתֶּם לָרִיק & fruſtra feretis, Levit. 26. v. 16.,

v. 16., *ſive ſine illa*, *ut* אַךְ־רִיק זִכִּיתִי לְבָבִי vere fruſtra, *ſive* in vanum mundavi, *ſive*, *juxta Vulg.* juſtificavi cor meum, Pſalm. 73. v. 13. *Vide*, *quod ſequitur*

רֵיק, *& ſæpius ſine* Jod רֵק *m.* Vacuus, inanis: *Metaphorice*, vanus, inanis; *Item* levis, virtutis, *ac* rationis judicio vacuus: וְהַבּוֹר רֵק & ciſterna erat vacua, Geneſ. 37. v. 24. *Plural.* כֵּלִים רֵקִים vaſa vacua, 2. Reg. 4. v. 3., אֲנָשִׁים רֵקִים viri vani, 2. Paral. 13. v. 7., אַחַד הָרֵקִים quiſpiam vaniſſimorum hominum, 2. Sam. 6. verſ. 20. *Fœmin.* וְרֵקָה נַפְשׁוֹ vacua eſt anima ejus, Iſa. 29. v. 8. *Plur.* הַשִּׁבֳּלִים הָרֵקוֹת ſpicæ illæ vacuæ, *ſive*, *juxta Vulg*, tenues, *quaſi a ſingulari* רֵקָה, Geneſ. 41. v. 27., *ſed* הָרֵקוֹת *vide infra poſt* רָקַק. *Ut autem notat Buxtorſius*, *ex* רֵקָה *eſt vox convitii Sira* רֵקָא, *& græce apud* Matth. 5. verſ. 22. ῥακά, vanus, cerebro vacuus, mente, *&* judicio carens, vanus, levis, *&* temerarius. *Talmudicis familiare* ריקא, *& quandoque* ריקה, *ſemper cum* Jod, *quo* Tzere *indicatur*, *&* Chirek, *haſtenus idem Buxtorſius*.

רֹק *m.* Sputum, ſaliva, *vide poſt* רָקַק *inter nomina*.

רֵיקָם Immerito, inaniter: *Quandoque tranſit in naturam Nominis*, vacuus, *ſingulariter & pluraliter*, *utriuſque generis*: רֵיקָם vacuum, *vel* vacue (dimiſiſſes me), Gen. 31. verſ. 42., לֹא תֵלְכוּ רֵיקָם non abibitis vacui, Exod. 3. verſ. 21. *Notat hic Joa. Simon cum quibuſdam aliis*, ם *in fine eſſe* augmentativum, *ideoque denotare* penitus vacuum, penitus vanum, inanem, penitus inaniter, penitus fruſtra.

ריר Salivavit, fluxit. *Præter.* רָר בְּשָׂרוֹ אֶת־זוֹבוֹ, Levit. 15. verſ. 3., ſi ſalivaverit caro ejus, fluxum, *vel* profluvium ſuum, *i. e.*, *ut multi exponunt*, *ſi tamquam* ſalivam ejecerit, emiſerit caro ejus, *id eſt per ſynecdochen*, membrum ejus, ſemen ſuum, *ubi honeſta pudendorum appellatio*: *Vulg. ſenſum expreſſit*.

רִיר *maſc.* Saliva: *Metaphorice*, albumen ovi, *ſive potius*, *ut arbitratur Joa. Simon*, ſerum lactis, ſalivæ, *&* pituitæ *quodammodo ſimile*: אִם־יֶשׁ־טַעַם בְּרִיר חַלָּמוּת, Job. 6. v. 6., *Buxtorſius*, *& cum ipſo non pauci reddunt*, num eſt ſapor, *vel* guſtus in albumine vitelli? *Alii*, *uſum Chald.*, *& Syr.* *ſequuti*,

ſequuti, vertunt, num eſt ſapor in ſaliva ſanitatis, *id eſt hominis ſani? Nam hujus* ſaliva *eſt* ἄποια, *&* inſipida: *Vulg. habet*, aut poteſt aliquis guſtare, quod guſtatum affert mortem? *legebat* בְּרִירָה לָמוֹת in ſalivare, *ſive* guſtare ad mortem: *Cum affix.* וַיּוֹרֶד רִירוֹ אֶל־זְקָנוֹ & ſinebat defluere ſalivam ſuam in barbam ſuam, 1. Samuel. 21. verſ. 14.

רֵישׁ, *&* רִישׁ *Vide ſupra ſub radice* רוש *pag.* 1421.

* אַרְכָּא *Chald. vide ſupra pag.* 65., *&* אַרְכְּוָיֵא *pag.* 66.

רכב Equitavit, inſedit *equo*, vectus fuit *curru*, *vel equo*, *vel aſino*: *Conſtruitur cum Præpoſit.* עַל, *&* ב. *Præter.* אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו cui inſidebat, Eſth. 6. v. 8., רָכַבְתָּ equitaſti, inſediſti, Numer. 22. v. 30. *Plural.* רָכְבוּ equitarant, inſederant, 1. Sam. 30. verſ. 17. *Partic.* רֹכֵב qui vehitur, inſidens, equitans, *& ſubſtantive, præcipue cum hiſce vocibus*, רֹכֵב סוּס, *&* רָץ רֹכֵב, eques: רֹכֵב עַל־הַפֶּרֶד inſidebat mulo, 2. Samuel. 18. verſ. 9. *Cum præfix.* לָרֹכֵב בָּעֲרָבוֹת, Pſalm. 68. verſ. 5., equitanti in cœlos, *vel* ſuper cœlos; *LXX.*, *atque Vulg. verterunt*, ei, qui aſcendit ſuper occaſum, *ſed vide hoc ipſum expoſitum ſupra in* עֲרָבָה, *pag.* 1019. *Cum affix.* רֹכְבוֹ eques, aſcenſor ejus, Geneſ. 49. verſ. 17., וּלְרֹכְבוֹ & ad equitem, aſcenſorem ejus, Job. 39. v. 18. *Plural.* רֹכְבִים, Jud. 10. v. 4., *& conſtruct.* רֹכְבֵי, Jud. 5. verſ. 10., equitantes: *Cum affix.* וְרֹכְבֶיהָ, *&* וְרֹכְבֵיהֶם, Aggæ. 2. v. 22., & ſeſſores ejus, & equites eorum: *Fæmin.* רֹכֶבֶת equitans erat, inſidebat, 1. Sam. 25. verſ. 20. *Infin. cum præfix.* לִרְכּוֹב ad equitandum, 2. Sam. 16. v. 2. *Imper.* רְכַב עַל־דְּבַר־אֱמֶת, Pſal. 45. v. 5., inſide, vehere, equita ſuper verbum veritatis: *LXX. verterunt*, & regna propter veritatem, *& recte*: *Nam verbum* vehendi, *ſive* equitandi *Metaphorice ſignificat* gubernationem, præſidentiam, *quod, qui rerum ſummam tenerent*, curru, *vel* mulo veherentur, *vel* curribus *etiam* triumphalibus inſiderent, *ſi præclaras res geſſiſſent, ut eſt Genebrardo animadverſum*: *Futur.* וְאֶרְכַּב עָלֶיהָ & inſidebo ei, 2. Sam. 19. v. 27., תִּרְכַּב equitabis, *& juxta Vulg.* aſcendes, Hab. 3. v. 8., יִרְכַּב inſidebit, vehetur, Levit. 15. v. 9., וַיִּרְכַּב & equitavit, inſedit, 2.

Sam. 22. verſ. 11., *fœm.* וַתִּרְכַּב & inſedit, 1. Sam. 25. verſ. 42. *Plur.* נִרְכָּב equitabimus, Iſa. 30. v. 16., Hoſe. 14. v. 4., יִרְכָּבוּ equitabunt, Jerem. 6 v. 23., וַיִּרְכְּבוּ & inſederunt, 2. Sam. 13. v. 29., וַתִּרְכַּבְנָה & inſederunt, Geneſ. 24. verſ. 61. *Hiph.* הִרְכִּיב vehere, *vel* vehi fecit, vexit, vehendum impoſuit: *Præterit.* הִרְכַּבְתָּ אֱנוֹשׁ equitare feciſti hominem לְרֹאשֵׁנוּ ſuper caput noſtrum, *id eſt* regnare feciſti, *& juxta Vulgat.* impoſuiſti homines ſuper capita noſtra, Pſalm. 66. v. 12., *cum affix.* וְהִרְכַּבְתִּיךָ & faciam ut veharis tu, *id eſt*, *ut habet Vulg.*, & ſuſtollam te, Iſa. 58. v. 14. *Plural. cum affix.* וְהִרְכִּיבֻהוּ & facient, ut equitet ipſe, *ſive* equitare facient eum, Eſth. 6. v. 9., וְהִרְכַּבְתֶּם & equitare, inſidere facietis, 1. Regum 1. verſ. 33. *Imper.* הַרְכֵּב יָדְךָ עַל־הַקֶּשֶׁת inſidere fac manum tuam ſuper arcum, *id eſt*, impone, *vel* appone manum tuam ad arcum, 2. Regum 13. verſ. 16. *Futur.* אַרְכִּיב, Hoſe. 10. v. 11., faciam equitare, vehere; *Alii reddunt*, inſidebo, *id eſt* imponam, *ſcil. jugum ipſi Ephraim*; *Vulg. habet*, aſcendam: אֶרְכּוֹב, *&c. vide infra inter nomina*: *Cum affix.* תַּרְכִּיבֵנִי inequitare, *ſive* vehi me facis, *vel* imponis, impoſuiſti me, *ſuper ventum ſcil.*, Job. 30. verſ. 22., וַיַּרְכֵּב & inſidere fecit, vehi juſſit, Geneſ. 41. verſ. 43., & appoſuit, impoſuit, 2. Reg. 13. verſ. 16. *Cum affix.* יַרְכִּבֵהוּ equitare fecit eum, *i. e.* fecit, ut vinceret ipſe, ſubjiceretque ſibi, Deuter. 32. verſ. 13., *ubi Vulgat. habet*, conſtituit eum: וַיַּרְכִּיבֵהוּ & inſidere fecit eum, Eſth. 6. verſ. 11., וַיַּרְכִּבֵם & inſidere fecit eos, Exod. 4. v. 20. *Plur.* וַיַּרְכִּיבוּ, 1. Paral. 13. v. 7., & impoſuerunt; *& abſque* Jod, וַיַּרְכִּבוּ, 2. Sam. 6. v. 3., *&c.*, & equitare, inſidere fecerunt: *Cum affix.* וַיַּרְכִּיבֻהוּ, 2. Paral. 35. v. 24., *& abſque* Jod, וַיַּרְכִּבֻהוּ, 2. Reg. 23. v. 30., & vehendum impoſuerunt, *ſive* portaverunt, tranſtulerunt eum.

רֶכֶב *m.* Currus, 2. Reg. 9. verſ. 21., *& collective*, plures currus, *ſive* expeditio curruum, Exod. 14. verſ. 23. *Item* catillus, *molæ pars ſuperior*, Deuter. 24. v. 6., *ſic dicta*, *quod* vehitur *ſuper inferiorem*, *quæ Rabbinis dicitur* שֶׁכֶב, *quia* cubat *infra* ſuperiorem, *& Latinis vocatur* meta, *Hebraice*,

bralce , רֵחַיִם , *ut ſupra in* ריח *dictum* : *Sunt* , *qui cum Joa. Simone contendunt* , metam *eſſe ſuperiorem molæ partem*, catillum *vero inferiorem* ; *ac propterea* τὸ רֶכֶב , *non* catillum , *ſed potius* metam *laudato in loco notare* : רֶכֶב בָּחוּר currus electus , Exod. 14. v. 7. , אֶל־חֵיק הָרֶכֶב in ſinum currus , 1. Reg. 22. v. 35. *Cum præfix.* בְּרֶכֶב , Joſ. 24. verſ. 6. , & בָּרֶכֶב , Pſalm. 20. v. 8. , cum curribus , in curribus ; וְרֶכֶב כָּרֶכֶב & currus ſecundum currus , 1. Reg. 20. v. 25. , לְרֶכֶב propter currus , 2. Reg. 18. verſ. 24. *Cum affix.* בְּרֹב רִכְבִּי , Iſa. 37. v. 24. , cum , *ſive* in multitudine curruum meorum ; וַיֶּאְסֹר אֶת־רִכְבּוֹ & ligavit , junxit currum ſuum , Exod. 14. verſ. 6. , בְּרִכְבּוֹ in curribus ejus , Exod. 14. v. 17. , וּלְרִכְבּוֹ & curribus ejus, Deut. 11. verſ. 4. , רִכְבָּהּ currum ejus , Nah. 2. verſ. 4. *Plural. conſtr.* בְּרִכְבֵי in curribus (Pharaonis) , Cant. 1. verſ. 9. *Fœm. cum præfix.* לְרִכְבָּה , Ezech. 27. verſ. 20. , ad currum , *vel* pro curribus , *ſive* , *juxta alios* , ad vehiculum , *id eſt* ad ſellam , *qua quis* vehitur ; *Multis cum Vulg. videtur pro Inſin. habendum* ; *reddunt enim*, ad equitandum , ad ſedendum.

רַכָּב *m.* Eques, auriga, 2. Reg. 9. verſ. 17. *Cum affix.* לְרַכָּבוֹ aurigæ ſuo , 1. Reg. 22. v. 34.

רֵכָב Rechâv , *nom. propr. virorum* , 2. Sam. 4. verſ. 2. , 2. Reg. 10. v. 15. *Plural.* רֵכָבִים Réchavím, & *juxta Vulgat.* Rechabitæ, *nom. patronymicum*, *ſive oriundorum a* רֵכָב Rechav , Jerem. 35. v. 2.

רְכוּב *m.* Vehiculum : *Cum affix.* הַשָּׂם עָבִים רְכוּבוֹ qui diſponit nubes vehiculum ſuum , Pſalm. 104. v. 3.

אַרְכֻבָּה *maſc. Chald.* poples , *à* vehendo : *Synecbdochicè* genu. *Plur. emphat. cum affix.* וְאַרְכֻבָּתֵהּ & genua ejus , Dan. 5. verſ. 6. *Hebraice inverſis literis dicitur* בֶּרֶךְ.

מֶרְכָּב *m.* Sedile , ephippium , ſtratum equi, equitatus : *Cum præfix.* הַמֶּרְכָּב , Levit. 15. verſ. 9. , ſtragula , *vel* ſedile , *cui* inſidetur , *ſecundum plurimos* ; *Vulg. autem*, *aliique reddunt* ſagma , *id eſt* ephippium , *ſeu quidquid equo* , *vel jumento inſternitur ad* equitandum : *Cum affix.* מֶרְכָּבוֹ , Cant. 3. v. 10. , ſtragula , *vel* ſedile ejus , *ut cum Buxtorfio non pauci reddunt* ; *Aliis vero eſt* vehiculum , *vel* operimentum ,

cœlum, *illud ſcil.*, *quod ſuperne trabibus ædificiorum regiorum appingitur ad eas occultandas*; *Aliis eſt* velum, *quod erat ſuſpenſum*, *&* inequitabat *ſuper perticas à columna ad columnam*; *Vulgat. reddit* aſcenſum: לְמֶרְכָּבוֹ pro equitatu ſuo, 1. Reg. 5. v. 6.

מֶרְכָּבָה *fœm.* Curruſ, quadrigæ: *item* מֶרְכָּבָה, *quod vide poſt*: *Plural.* מַרְכָּבוֹת currus, 2. Paral. 9. verſ. 25., 14. v. 9., Joel. 2. verſ. 5., 6. v. 1. *Conſtr.* מַרְכְּבוֹת currus, Exod. 15. v. 4., 2. Reg. 23. v. 11., Cant. 6. v. 12., Iſa. 22. verſ. 18. *Cum affix.* מַרְכְּבֹתֶיךָ currus tui, Mich. 5. v. 9., Habac. 3. v. 8., מַרְכְּבֹתָיו currus ejus, Exod. 14. v. 25.

מֶרְכָּבָה *f* Currus, quadriga, 2. Sam. 15. v. 1. *Cum præfix.* הַמֶּרְכָּבָה currus, Jud. 4. verſ. 15., בַּמֶּרְכָּבָה in curru, 1. Reg. 12. v. 18. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

מֶרְכֶּבֶת *fœm.* Currus, quadriga: *Cum affix.* וַיֶּאְסֹר יוֹסֵף מֶרְכַּבְתּוֹ & ligavit, *hoc eſt*, junxit Joſeph currum ſuum, Gen. 46. verſ. 29., בְּמֶרְכַּבְתּוֹ in curribus ſuis, 1. Sam. 8. v. 11.

מִרְכֶּבֶת *f.* Currus: *Cum præfix.* בְּמִרְכֶּבֶת הַמִּשְׁנֶה אֲשֶׁר־לוֹ, Geneſ. 41. verſ. 43., in curru ſecundi, *id eſt* viri ſecundi, qui *erat* ei, *ſcil. Pharaoni*: *Rex. erat primus*, *poſt*, *ſecundus a rege*, *&c.*, *ita exponunt non pauci una cum R. Davide*, *&* *Aben Eſra*.

רַכָּה *fœm. Vide infra in nomine* רַךְ: *Sed* אֲרֻכָּה *vide ſupra pag.* 65., *&* יְרֵכָה *pag.* 496. *Vide etiam in* רָכַךְ.

רֵכָה Rechâh, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 4. v. 12.

רָכַךְ Tener, delicatus, mollis fuit, *vel* factus eſt, mollitus, emollitus eſt, molleſcit: *Et metaphor.* cor molleſcere *dicitur vel* conſternatione, *&* timore, *vel* contritione, *&* pœnitentia: *Præter.* רַךְ־לְבָבְךָ mollitus eſt, *id eſt metaphor.*, perterritus eſt animus tuus, *contritione ſcilicet*, *&* *pœnitentia*, 2. Reg. 22. v. 19. *Aliud* רַךְ *vide inter nomina*: *Plur.* רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן molliora ſunt verba ejus oleo, Pſalm. 55. v. 22. *Niph. Futur.* אַל יֵרַךְ ne molleſcat, *id eſt* pertimeſcat, formidet, conſternetur, Deuter. 20. v. 3., Iſa. 7. v. 4., Jerem. 51. verſ. 46. *Sed* יֵרֵךְ, יְרֵכָה, *vide ſupra pag.* 496. *Pyh. Præter.* רֻכְּכָה בַּשָּׁמֶן emollita eſt oleo, Iſa. 1. verſ. 6. *Hiph. Præter.* הֵרַךְ לִבִּי emollivit, *i. e.* timidum reddit cor meum, Job. 23. v. 16.

רַךְ

רַךְ *m.* Mollis: *Et metaphorice eſt*: I. Tener, *ut* בֶּן־בָּקָר רַךְ וָטוֹב filium bovis, *i. e.*, vitulum tenerum & bonum, Geneſ. 18. v. 7., *ita* Prover. 4. v. 3. II. Delicatus, *ut* 2. Sam. 3. v. 39., *quo in ſenſu, ſed cum præfix.* הָרַךְ, Deuter. 28. v. 54., *& in pauſa* וָרָךְ, 1. Paral. 22. verſ. 5., 29. v. 1. III. Timidus, pavidus, *ut* וְרַךְ הַלֵּבָב & mollis, *id eſt* timidus, pavidus corde, Deuter. 20. verſ. 8., 2. Paral. 13. verſ. 7. IV. Blandus, Prov. 15. verſ. 1. *Plur.* הַיְלָדִים רַכִּים pueri iſti teneri ſunt, Geneſ. 33. verſ. 13. *Fœm.* לָשׁוֹן רַכָּה lingua mollis, *id eſt* blanda, Prover. 25. verſ. 15., *& hoc ſenſu* Iſa. 47. verſ. 1. *Cum præfix.* הָרַכָּה tenera, Deuter. 28. v. 56. *Plur.* רַכּוֹת teneri, *id eſt* debiles, infirmi (oculi), *& juxta Vulgat.* lippi, Geneſ. 29. verſ. 17., רַכּוֹת mollia, Job. 40. v. 27.

רֹךְ *maſc.* Mollities: *Cum præfix.* וּמֵרֹךְ & præ mollitie, *ſive* propter mollitiem, Deuter. 28. verſ. 56. *Vide, quod ſequitur.*

מֹרֶךְ *m.* Mollities, *id eſt* conſternatio, metus, pavor, Levit. 26. verſ. 36.

רָכַל Negotiatus, mercatus, nundinatus eſt. *Inde, uti quibuſdam videtur, Partic. in Kal, vel, ut aliis cum Buxtorfio placet, nomen ſubſtant., quod ſequitur.*

רֹכֵל, רוֹכֵל *m.* Negotiator, mercator, inſtitor, *& ſpeciatim* aromatarius: מִכֹּל אַבְקַת רוֹכֵל, Cant. 3. v. 6., ex omni pulvere aromatarii, *juxta Buxtorfium, multoſque alios*; *A Vulg.* τὸ רוֹכֵל *redditur* pigmentarius: *Plur.* בְּעִיר רֹכְלִים in urbe negotiatorum, Ezech. 17. v. 4. *Cum præfix.* הָרֹכְלִים negotiatores, 1. Reg. 10. verſ. 15., Nehem. 3. vv. 31. 32., 13. v. 20. *Conſtr.* רֹכְלֵי negotiatores, Ezech. 27. v. 23. *Cum affix.* רֹכְלַיִךְ, Ezech. 27. vv. 15. 24., *& in pauſa* רֹכְלָיִךְ, Ezech. 27. vv. 13. 17., negotiatores, inſtitores tui: *Fœmin.* רֹכֶלֶת הָעַמִּים אֶל־אִיִּים רַבִּים, Ezech. 27. verſ. 3., (& dicea) mercatrici, *ſive* negotiatrici, *& juxta Vulgat.* negotiationi populorum ad inſulas multas: *Cum affix.* רֹכַלְתֵּךְ, Ezech. 27. vv. 20. 23., negotiatrix tua.

רָכָל Rachál, *nom. propr. urbis Tribus Judæ*, 1. Sam. 30. verſ. 29.

רָכִיל *m.* Detractor, *quaſi famæ, ac honoris proximi* nundinator, *ut notat Buxtorfius*: לֹא־תֵלֵךְ רָכִיל non ambulabis *ut* detractor, *ſive, juxta Vulg.*, non eris criminator, Levit. 19. verſ. 16., *ubi Ab. Eſra ſcribit*: *ſicut* רֹכֵל mercator emit ab uno, & vendit alteri; *ita* רָכִיל detractor revelat huic id, quod audivit ab illo: הוֹלֵךְ רָכִיל, Proverb. 11. verſ. 13., 20. v. 19., qui ambulat cum detractione, *ſive, ut habet Vulg.*, fraudulenter: *Cum enim* mercatores *nonnulli* fraudi *ſtudeant*, *atque* dolo; *hinc* τὸ רָכִיל *metaphoricè uſurpatur ad hominem* fraudulentum *&* mendacem *deſignandum*: אַנְשֵׁי רָכִיל viri detractionis, Ezech 22. v. 9.

רְכֻלָּה *f.* Mercatura, negotiatio: *Cum affix.* בְּרֹב רְכֻלָּתְךָ in multitudine mercaturæ tuæ, Ezech. 28. v. 16., בִּרְכֻלָּתְךָ in mercatura, *ſive* negotiatione tua, Ezech. 28. v. 5.

מַרְכֹּלֶת *fem.* Mercatus: *Cum affix.* בְּמַרְכֻלְתֵּךְ in mercatu tuo, Ezech. 27. v. 24.

רכס Ligavit, alligavit: *Futur. plur.* וְיִרְכְּסוּ & alligabunt, *ſive* alligant, conſtringant, Exod. 28. verſ. 28., *ubi quidam vertunt*, & attollent: וַיִּרְכְּסוּ & ligarunt, conſtrinxerunt, Exod. 39. v. 21.

רֶכֶס *m. Inde plural.* רְכָסִים ſalebræ, præcipitia, loca prærupta, aſpera, Iſa. 40. v. 4.

רֹכֶס *m. Inde plur.* רְכָסִים perverſitates, *q. d.* doli, conſilia, *à* ligando, *&* nectendo, *ſive q. d.* inverſiones, perverſiones; רכס *enim Arab. ſonat*, *&* conſtrinxit, *&* invertit, ſubvertit, præcipitem dedit: *Occurrit in ſenſu conſtr. ita*, מֵרֻכְסֵי אִישׁ, Pſalm. 31. verſ. 21., à perverſitatibus viri; *LXX.*, *& Vulg. habent*, a conturbatione hominum.

רכש Acquiſivit, comparavit, ſubſtantiam *ſcilicet*, & opes. *Præter.* רָכַשׁ, *& in pauſa* רָכָשׁ acquiſivit, comparavit ſibi, Geneſ. 31. v. 18. *Plur.* רָכְשׁוּ, Geneſ. 46. v. 6., *& in pauſa* רָכָשׁוּ, Geneſ. 12. v. 5., acquiſiverant.

רֶכֶשׁ *maſc.* Pecus *in primis eſt*, *vel* jumenti *genus quodvis*, *ut Græcè* κτῆνος ἀπὸ τῆς κτήσεως, *quia* pecore, *&* jumentis *veterum* opes *præcipue conſtabant*: *Deinde eſt* jumentorum nobiliſſimum, equus *ſcil.*, *aut* equi velocis *ſpecies*, *& ad bellum*, *& ad vecturam maxime idonei*: *Quam quidem vocis hujus* רֶכֶשׁ *interpretationem multis defendit Bochartus* P. P.

de

de anim. S. Script. Lib. 2. cap. VI. *Sunt tamen, qui* τὸ רֶכֶשׁ dromadem, *& qui* mulum *interpretantur*: *Kimchius arbitratur, eſſe ignotum* jumenti *genus ab* equo *diverſum*. *Occurrit cum præfix.* בְּיַד הָרָצִים בַּסּוּסִים רֹכְבֵי הָרֶכֶשׁ, Eſth. 8. verſ. 10., per manum curſorum in equis, *vel* equeſtrium equitantium equum velocem, *ſive* mulum, *vel* dromedarium; *Vulgat. vertit* per veredarios: לָרֶכֶשׁ, Mich. 1. verſ. 13., veloci equo, *juxta multos*; *& in pauſa* לַסּוּסִים וְלָרָכֶשׁ, 1. Reg. 5. v. 8., *alias* 4. v. 28., pro equis, & celeribus equis, *ſive*, *ut reddunt multi*, & pro celeribus jumentis: *Certe vel ex hoc uno loco Kimchius putat, conſtare plane,* רֶכֶשׁ *animal eſſe ab* equo *prorſus ſpecie diverſum*.

רְכוּשׁ *m.* Acquiſitio, acquiſitum, ſubſtantia, facultates acquiſitæ, 1. Paral. 28. v. 1., 2. Paral. 32. v. 29., *item* רְקֻשׁ, Geneſ. 14. v. 11., ſubſtantia: *Cum præfix.* הָרְכוּשׁ, Numer. 16. v. 32., *&* הָרְקֻשׁ, Geneſ. 14. v. 16., ſubſtantia, facultates: בָּרְכוּשׁ, Eſdr. 1. verſ. 6., *&* בִּרְכוּשׁ, Daniel. 11. v. 28., *item* בִּרְקֻשׁ, Geneſ. 15. v. 14., cum facultatibus, cum ſubſtantia, in ſubſtantia: מֵרְכוּשׁ de facultatibus, de ſubſtantia, 2. Paral. 35. v. 7. *Cum affix.* וּלְכָל־רְכוּשֵׁנוּ, Eſdr. 8. v. 21., *ubi in quibuſdam codicibus legitur cum* Jod *redundante*, *ſcil.* רְכוּשֵׁינוּ, & univerſæ ſubſtantiæ noſtræ: וּבְכָל־רְכוּשֶׁךָ & cum univerſa ſubſtantia tua, 2. Paral. 21. v. 14., רְכוּשׁוֹ, 2. Paral. 31. v. 3., *&* רְקֻשׁוֹ, Geneſ. 14. v. 12., facultates, ſubſtantia ejus: רְכוּשָׁם ſubſtantia eorum, Geneſ. 12. verſ. 5., וּלִרְכֻשָׁם & pro facultatibus, ſubſtantia eorum, Numer. 35. v. 3.

רָם *Vide ſupra in* רום *pag.* 1406., 1411. *Vide etiam, quod mox ſequitur*.

רָם Ram, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 2. vv. 9. 25.

רְמָא *Chald. Vide infra in* רְמָה *item Chald.*

רָמָה Jecit, dejecit, projecit, injecit: *item* intendit *arcum*, jaculatus eſt: *Præter.* רָמָה בַיָּם dejecit, projecit in mare, Exod. 15. vv. 1. 21. *Aliud* רָמָה *vide ſupra in* רום, *& inter ejuſdem nomina pag.* 1406., 1407., *& ſeqq. Vide etiam aliud infra inter nomina*: *Particip.* וְרֹמֵה קֶשֶׁת, Jerem. 4. v. 29., & jaculantis, *ſive* jacentis arcu;

Vulg. habet, & mittentis ſagittam: *Plur. conſtr.* רוֹמֵי־קֶשֶׁת jaculantes, *ſive* jacentes arcu, Pſalm. 78. v. 9. *Pih.* רִמָּה decepit, defraudavit, fefellit, *q. d.* projecit, proſtravit, ſupplantavit, *vel* præcipitavit, *ſicut Græce* σφάλλω projicio, proſterno, *item* fallo, circumvenio, *unde & Latine* fallo, *quemadmodum notat Ioa. Simon. Aliud* רִמָּה *vide infra poſt* רָמַם. *Præter.* רִמָּה אֶת־רֵעֵהוּ decipit, *ſive* proſternit proximum ſuum, *& juxta Vulgat.* fraudulenter nocet amico ſuo, Provet. 26. verſ. 19., *& cum affix.* רִמָּנִי decepit me, 2. Sam. 19. verſ. 27., רִמִּיתָ; *unde cum affix.* רִמִּיתָנִי decepiſti me, Geneſ. 29. v. 25., 1. Samuel. 28. verſ. 12., *Fœm.* רִמִּית; *unde cum affix.* רִמִּיתִנִי decepiſti me, 1. Sam. 19. verſ. 17. *Plur. cum affix.* רִמּוּנִי fefellerunt, deceperunt me, Thren. 1. v. 19., רִמִּיתֶם decepiſtis, Joſ. 9. v. 22. *Infin. cum præfix., & affix.* לְרַמּוֹתַנִי, 1. Paral. 12. v. 17., ad decipiendum me.

רְמָה *Chald.* poſuit, collocavit, jecit, injecit, dejecit, projecit: *Præter. plural.* וּרְמוֹ לְגֻבָּא & projecerunt in foveam, Dan. 6. verſ. 17. *Sed alia forma deflexa a Partic. Pehil*, וּרְמִיו & projecerunt, *ſive*, *juxta alios*, dejecti, projecti ſunt, Dan. 3. v. 21., *item* poſiti ſunt, Dan. 7. v. 9., רְמֵינָא לְגוֹא־נוּרָא, Dan. 3. v. 24., projecimus in medium ignis: *Infinit. cum præfix.* לְמִרְמֵא ad projiciendum, *ſive* ut projicerent, mitterent, Dan. 3. verſ. 20. *Hithpehal futur.* יִתְרְמֵא לְגוֹא־אַתּוּן, Dan. 3. v. 6., projicietur in medium fornacis: *Plural.* תִּתְרְמוֹן projiciemini, Dan. 3. verſ. 15.

רָמָה *Vide ſupra in* רום, *& inter ejuſdem nomina pag.* 1406., *&c.*, רָמוֹת *vide pag.* 1411., *Vide etiam, quæ ſequuntur.*

רָמַח *f.* Projectio, *vel potius* projectionis effectus, *juxta quoſdam: Inde conſtr.* רָמַת לֶחִי, Jud. 15. v. 17., Rèmath lechi, *id eſt* projectio maxillæ, *& eſt nom. propr. loci, quo abjecit Samſon aſini maxillam: Vulg., & alii* τὸ רָמַת *derivant à* רום, *ſicque ab ipſis redditur*, elatio maxillæ: לְרַמּוֹתַנִי *vide in Infin. verbi* רָמָה.

רָמָה Ramáh, *nom. propr. urbis: Occurrit autem cum præfix.* הָרָמָה *urbs* filiorum Benjamin, Joſ. 18. verſ. 25., *& alterius in Tribu* Nephtali, Joſ. 19. v. 36., *quam quidem urbem*

bem ibidem verſ. 29. *verſio vulgata legit* Horma. *Apud Euſebium quoque recenſetur alia* Rama *in ſorte Tribus* Aſcher: בָּרָמָה in Rama, Jud. 19. v. 13., Jerem. 31. v. 15.

רִמָּה Vermis, *vide poſt* רמם *pag.* 1449. *Sed* רִמָּנִי *vide in verbo* רָמָה, רָמוֹ, רְמִיו *in* רְמָה *Chald.*, הָרִימָה *vide pag.* 1409.

רְמִיָּה *f.* Deceptio, fraus, falſitas,. fallacia, dolus, doloſus: *Item* dejectio, *manuum ſcil.*, *id eſt* remiſſio, ignavia: *Et metonymice*, *poſito abſtracto pro concreto*, remiſſus, ignavus: תְּדַבְּרוּ רְמִיָּה loquamini dolum, Job. 13. verſ. 7., *& ita* 27. v. 4., Pſalm. 32. verſ. 2., 52. v. 4., 101. v. 7., כְּקֶשֶׁת רְמִיָּה, Pſalm. 78. verſ. 57., Hoſe. 7. v. 16., ſicut arcus doli, *id eſt* doloſus; לְשׁוֹן רְמִיָּה, Pſal. 120. v. 3., lingua doloſa: עֹשֶׂה מְלֶאכֶת יְהוָה רְמִיָּה faciens opus Dei dolo malo, *ſive* fraude, fraudulenter, Jerem. 48. v. 10., כַּף־רְמִיָּה manus remiſſa, ignava, Prov. 10. v. 4., *& ita* 12. v. 24., לֹא־יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ, Prov. 12. v. 27., non concludet, *ſive* collectum recondet remiſſio, ignavia, *id eſt* vir remiſſus, ignavus, venationem, *ſive* commeatum ſuum; *Vulgat. vertit*, non inveniet fraudulentus lucrum: וְנֶפֶשׁ רְמִיָּה & anima remiſſa, *ſive*, *juxta Vulg.*, diſſoluta, Prov. 19. v. 15.

רַמְיָה Ramiah, *& juxta Vulgat.* Remeia, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. v. 25.

מִרְמָה *f.* Deceptio, fraus, dolus: *Et adjective*, doloſus, *ſive metonymice*, homo fraudulentus: אִישׁ־דָּמִים וּמִרְמָה, Pſal. 5. v. 7., vir ſanguinum, & fraudis, *ſive* doli, *id eſt* ſanguinolentus, & doloſus, fraudulentus: *Aliud* מִרְמָה *nomen proprium vide ſupra in litera* מ: *Cum præfix.* בְּמִרְמָה in dolo, fraude, *ſive* fraudulenter, Gen. 27. v. 35., לְמִרְמָה ad dolum, in dolo, doloſe, Pſalm. 24. v. 4. *Plur.* דִּבְרֵי מִרְמוֹת, Pſalm. 35. verſ. 20., verba fraudum, *id eſt* fraudulenta.

תָּרְמָה *f.* Dolus: *Litera* ת *ab initio eſt heemantica*: *Cum præfix.* בְּתָרְמָה per dolum, doloſe, *& juxta Vulgat.* clàm, Jud. 9. v. 31. *Item & Chaldæus reddit* בְּרַז ſecretò, clàm: *Et Rabbi Salomon*, *& quidam alii notant*, *τὸ* בְּתָרְמָה *eſſe propr. nomen loci*, *qui ibidem* verſ. 41. *dicitur* Aruma.

תַּרְמוּת *Vide in dictione*, *quæ mox ſequitur*.

תַּרְמִית *f.* Fraus, dolus: לְשׁוֹן תַּרְמִית lingua doli, *id eſt* doloſa, Soph. 3. v. 13., *& abſque* Jod, *in accuratis ſaltem codicibus, ita ſcil.*, תַּרְמָת, Jerem. 23. v. 26., fraus, *& juxta Vulg.* ſeductio: וְתַרְמוּת & dolus, Jerem. 14. v. 14., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed juxta Maſſorethas per* Jod *legendum*: הֶחֱזִיקוּ בַּתַּרְמִית apprehenderunt dolum, Jerem. 8. verſ. 5. *Cum affix.* תַּרְמִיתָם dolus eorum, Pſalm. 119. verſ. 118.

רָמַח *Radix Hebræis inuſitata: Arabibus autem eſt*, confodit, *& quidem ſpeciatim* haſta. *Inde, uti quibuſdam videtur, eſt nom. Hebr., quod ſequitur.*

רֹמַח *m.* Spiculum, lancea, haſta, *dicta* רֹמַח, *quod ſit* confoſſionis *medium, ut notat Joa. Simon*, Numer. 25. verſ. 7., Jud. 5. v. 8., 2. Paral. 25. v. 5. *Cum præfix.* וּבְרֹמַח & cum lancea, *ſive* haſta, Ezech. 39. v. 9. *Plural.* רְמָחִים, 2. Paral. 11. v. 12., *&* הָרְמָחִים, Jer. 46. v. 4., lanceæ, haſtæ: בָּרְמָחִים in lanceolis, lanceis, 1. Reg. 18. v. 28., Nehem. 4. v. 15., לִרְמָחִים in lanceas, Joel. 4. v. 10. *Cum affix.* רָמְחֵיהֶם (cum) lanceis, Nehem. 4. v. 7.

רָמַךְ *Arabibus ſonat*, tenuis, *&* gracilis fuit corpore: *Inde quidam derivant nomen Hebr., quod ſequitur.*

רַמָּךְ *m.* Equa: *Plur.* בְּנֵי הָרַמָּכִים, Eſth. 8. v. 10., nati, *ſive* filii equarum: *Quidam ſic vertunt*, (camelos) filios magnæ camelæ, *id eſt juvenes camelos, ſive minores, eoque velociores.*

רְמַלְיָהוּ Remaliähu, *& juxta Vulg.* Romelia, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 15. vv. 25. 27., 16. v. 1.

רָמַם Elatus, elevatus eſt, exceſſus, altus fuit, *vel* factus eſt; *item* ſuſtulit, *ſive* extulit ſe: *Item* efferbuit, ebulliit, ſcatuit *vermibus*: *Præter. plur. in pauſa* רֹמּוּ altæ, elatæ ſunt, Job. 22. v. 12., *aliud vide in* רום *pag.* 1406., רֹמּוּ מְּעַט, Job. 24. v. 24., extulerunt ſe, *ſive* elevati ſunt aliquantulum, ad modicum: *Sed alii hoc referunt ad Imper., atque vertunt* attollamini, *id eſt recedite ab eo*: *Futur.* וַיָּרֻם תּוֹלָעִים, Exod. 16. v. 20., & verminavit, *id eſt* produxit vermes, *juxta Buxtorfium, & alios*; *Alii autem non pauci reddunt*, & efferebatur vermibus, *id eſt* fervere incipiebat vermibus; *nam, quæ* fervent, & verminant,

minant, efferuntur, & quaſi ebulliunt; *LXX. verterunt*, *καὶ ἐξέζεσε σκώληκας*, *id eſt* ebullivit vermes; *Vulgat. habet*, & ſcatere cœpit vermibus: *Vide alia in* רום *pag.* 1407., *&c. Niph. Imper. plural.* הֵרֹמּוּ מִתּוֹךְ, Numer. 17. verſ. 10., tollite vos, recedite de medio: *Futur.* אֵרוֹמָם exaltabor, *ſive* ſuper efferam me, Iſa. 33. verſ. 10. *Hoc ipſum vide in Hitph. verbi* רום *pag.* 1410. *Plur.* וַיֵּרֹמּוּ, *&* וַיֵּרֹמּוּ, Ezech. 10. vv. 15. 19., & extulerunt, *ſive* extollebant, attollebant ſe. *Pih.* רוֹמֵם, *& quæ ex hac forma dimanant, vide ſupra in* רום *pag.* 1407., *&c. Sed* רֹמַמְתִּי *vide infra inter nomina: Futur. vero* אֲרוֹמֵם *vide ſupra in Niph. verbi* רָמַם. *Hiph.* הַתְּרוֹמֵם, *&c. vide ſupra in* רום *tam Hebr., quam Chald. pag.* 1410.

רוֹמֵם, *Inde* מְרוֹמֵם *vide ſupra in* רום *Chald. pag.* 1410. *Sed* בְּרוֹמֵם *eſt dictio compoſita, quam vide in* רום *pag.* 1407.

רוֹמֵמָה, *&* רֹמְמוֹת *fœm. Vide ſupra poſt* רום *inter nomina pag.* 1411.

רֹמַמְתִּי עֶזֶר Romámti hhezer, *& juxta Vulg.* Romemtihezer, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 25. v. 4.

רִמָּה *fœm.* Vermis, *dictus* רִמָּה, *quod caput*, *& ventrem inter rependum* attollat; *vel ex ſignificatione radicis Arab.*, רמם comedit, voravit; *nam* vermis omnia edit, *&* conſumit: *Occurrit* Exod. 16. v. 24., Job. 7. v. 5., 24. v. 20., *&c.*, לָרִמָּה vermi, Job. 17. v. 13., רִמֹּנִי *vide in dictione* רִמּוֹן, *quæ mox ſequitur*.

רמן *Radix Hebræis inuſit. Nam* אַרְמֹנִי, אַרְמוֹן, הַרְמֹנָה *vide ſupra ſuis locis poſt* אֲרָם *pag.* 66. *Ex radice autem* רָמַן *quidam derivant nomen, quod ſequitur*.

רִמּוֹן, רִמֹּן *m.* Malus punica, *arbor*: *Item* malum punicum, *ſive* granatum, *fructus naturalis*, *& artificialis*. *Sunt, qui dictionem hanc derivant à* רָמַם, *quatenus ſignificat* effervеſcere, ebullire, ſcatere, *quia* malum punicum ſcatet granis: *Alii referunt ad* רָמָה, *quod in Pih. ſonat*, decepit, feſellit; *quod nullum ſit illius arboris* malum, *in quo non inſit* granum nequam: *Unde proverbium*: in omni malo punico granum aliquod putidum, *hactenus Joa. Simon*: *Occurrit* Exod. 28. verſ. 34., Numer. 2. v. 5., *&c. Eſt & nom. propr.*,

propr., *quod vide infra* : *Cum præfix.* הָרִמֹּן , *&* הָרִמּוֹן malum granatum, 1. Sam. 14. v. 2., *&c.*, לְרִמּוֹן ad Rimmon, *nom. propr.*, *quod vide mox infra* : *Cum affix.* מֵעֲסִים רִמֹּנִי, Cant. 8. verſ. 2., de ſucco mali granati mei, *vel collective* malorum granatorum meorum; *vel eſt plur.*, *ut ſcribit Buxtorfius*, *per defectum literæ finalis* ם, *quod in aliis quandoque fit*, *ut Kimchi notat* : *Plural.* רִמּוֹנִים, *&* רִמֹּנִים, *item* הָרִמּוֹנִים, *&* הָרִמֹּנִים, Exod. 39. v. 25., Numer. 13. verſ. 23., 1. Reg. 7. v. 42., Cant. 4. v. 13., mala granata: *Conſtr.* רִמּוֹנֵי תְכֵלֶת, *&* רִמֹּנֵי, Exod. 28. v. 33., 39. v. 24., mala granata hyacinthi, *id eſt* ex hyacintho, *ſive* hyacintina.

רִמּוֹן, רִמֹּן Rimmón, *& juxta Vulgat.* Remmon, *nom. propr.*, 1°. urbis, *ſive* loci, Joſ. 15. v. 32., Nehem. 11. v. 29., *& cum præfix.* לְרִמּוֹן (de colle) Rimmon, Zach. 14. v. 10., 2°. *Petræ in Tribu Benjamin*, Jud. 20. verſ. 47., 3°. *viri*, 2. Sam. 4. v. 2., 4°. *idoli*, 2. Reg. 5. v. 18. *Vide*, *quæ ſequuntur*.

רִמֹּן פָּרֶץ Rimmón parete, *& juxta Vulgat.* Remmomphares, *nom. propr. loci*, *ubi decima ſexta Iſraelitarum manſio*, Numer. 33. v. 18.

רִימּוֹן Rimón, *nom. propr. urbis in Tribu Simeon*, Joſ. 19. verſ. 7.

רְמִינָא *Chald. vide in* רְמָה *item Chald.*

רִמּוֹנוֹ Rimmonó, *nom. propr. urbis in Tribu Zabulon*, 1. Paralip. 6. v. 77.

רָמַס Calcavit, conculcavit, proculcavit: *Præterit.* וְרָמַס & calcat, *ſive* & conculcaverit, Mich. 5. v. 7. *Partic.* תַּמּוּ רֹמֵס, Iſa. 16. verſ. 4., conſumti ſunt conculcantes, *ſingulare hic poſitum in ſenſu collectivo* : *Infin* רְמֹס conculcare, calcare, Iſa. 1. v. 12. *Imper. fœm.* וְרִמְסִי בַחֹמֶר, Nahum. 3. v. 14., calca lutum: *Futur. cum affix.* וְאֶרְמְסֵם & conculcavi eos, Iſa. 63. v. 3., תִּרְמֹס conculcabis, Pſalm. 91. verſ. 13., יִרְמֹס, Ezech. 26. v. 11., *&* יִרְמָס־, Iſa. 41. verſ. 25., conculcabit: וְיִרְמֹס & conculcet, Pſalm. 7. verſ. 6., *& cum affix.* וַיִּרְמְסֵהוּ, Dan. 8. v. 7., & conculcavit eum; וַיִּרְמְסֶנָּה, 2. Reg. 9. v. 33., & conculcavit eam: וַתִּרְמֹס & conculcavit, 2. Reg. 14. verſ. 9., *&*

cum

Digitized by Google

cum affix. תְּרְמְסֶנָּה conculcabit eam, Iſa. 26. v. 6., וַתִּרְמְסֵם & conculcavit eas, Dan. 8. v. 10. *Plural.* תִּרְמְסוּ conculcatis, Ezech. 34. v. 18., וַיִּרְמְסוּ & conculcaverunt, 2. Reg. 7. verſ. 20., *&* *cum affix.* וַיִּרְמְסֻהוּ & conculcaverunt eum, 2. Reg. 7. verſ. 17. *Niph. futur.* תֵּרָמַסְנָה conculcabuntur, Iſa. 28. v. 3.

מִרְמָס *m.* Conculcatio, Dan. 8. v. 13. *Conſtr.* מִרְמַס רַגְלֵיכֶם conculcationem pedum veſtrorum, Ezech. 34. v. 19. *Eadem forma etiam abſolutum eſt*, Iſa. 10. v. 6., *&* 7. v. 25.

רָמַשׂ Repſit, reptavit, prorepſit, greſſus, *ſive* motus eſt: *Partic.* וּלְכֹל רוֹמֵשׂ & omni repenti, *ſive* omni, quod reptat, *vel* movetur, Geneſ. 1. v. 30., *item abſque* Vau, אֲשֶׁר־רֹמֵשׂ quod reptat, movetur, Geneſ. 7. verſ. 8., *&* *cum præfix.* הָרֹמֵשׂ quod reptat, movetur, Geneſ. 1. verſ. 26. *Fœm* הָרֹמֶשֶׂת quod reptat, movetur, Geneſ. 1. verſ. 21. *Futur.* אֲשֶׁר תִּרְמֹשׂ quod reptat, movetur, Geneſ. 9. verſ. 2.

רֶמֶשׂ *m.* Reptile, reptilia, Gen. 24. v. 25., *&* *cum præfix.* וּבְכָל־הָרֶמֶשׂ & omni reptili, Geneſ. 1. v. 26., כְּרֶמֶשׂ quaſi reptile, Habac. 1. v. 14.

רָמַת לֶחִי Ramáth lechi, *&* *juxta Vulgat. appellative* elevatio maxillæ, *nom. loci*, quo abjecit Samſon aſini maxillam, Jud. 15. v. 17.

רָמַת הַמִּצְפֶּה Ramat hammitzephéh, *&* *juxta Vulgat.* Ramoth Maſphe, *nom. propr. urbis* Gaditarum, Joſ. 13. v. 26.

רָמָתָה Ramáthah, *nom. propr. urbis in* Ephraim, *quæ eſt eadem ac* רָמָה, *de qua ſupra.*

רָמוֹת, *&* רָמֹת Ramóth, *nom. propr. urbium*, 1. Samuel. 30. verſ. 27., 1. Reg. 22. v. 3.

רָמָתִי Rámathi, *&* *juxta Vulgat.* Ramathites, *nom. patronymicum virorum ex* Rama *oriundorum.*

רָמָתַיִם Rámathaim, *nom. propr. urbis*, 1. Sam. 1. v. 1.

אַרְנֶבֶת *Vide ſupra ſuo ordine in litera* א.

רָנָה Sonuit: *Futur.* עָלָיו תִּרְנֶה אַשְׁפָּה contra ipſum ſonabit pharetra, Job. 39. verſ. 23., תָּרֹן *vide infra in litera* ת: *Sed* רָן, רֹנִי, רִנָּה, *&* רִנָּתִי *vide in* רָנַן, *&* *in nominibus, quæ illud ſequuntur: Plur. conſtr.* רָנֵּי *vide in* רֹן *pag.* 1453.

רָנַן

